⁊ illi suscipimus ⁊ tenemus: addidisse spiritũsanctũ a filio ꝓcede re: ⁊ querũt cur h̾ factũ sit: ⁊ quare h̾ ꝑus eoꝝ ecclesie mõstratũ nõ ẽ: vt cõ muniter cõsideraref ⁊ cõi consensu adderef qδ addendu3 erat. Ad hoc inq̃3 responsum sufficiens habemus. Nam si querif cur factũ sit: dicimus: quia necesse erat ꝓpter quosdã mi/ nus intelligẽtes qui non animaduer tebant in illis q̃ vniuersa credit eccle sia cõtineri: ⁊ ex his sequi spiritũsan ctũ de filio ꝓcedere: ne forte hoc cre/ dere dubitarẽt. Qδ q̃3 necessariũ fue rit ꝑ illos qui hoc negant: quia i illo symbolo positũ nõ est cognoscimus. Quoniã igitur ⁊ necessitas cogebat ⁊ nulla ratio ꝓhibebat: ⁊ vera fides hoc admittebat: fiducialiter asseruit latinitas quod credendum ⁊ confi/ tendũ esse cognoscebat. Scimus enĩ ꝙ non omnia que credere ⁊ confite/ ri debemus ibi dicta sunt: nec illi qui symbolũ illud dictauere: voluerunt fidem christianã esse cõtentã ea tm̃/ modo credere ⁊ cõfiteri que ibi posu/ erunt: vt alia taceã: non ibi dicif do/ minus ad infernũ descendisse: qδ tñ pariter ⁊ nos ⁊ greci credimus. Si aũt dicunt nullo modo debuisse cor/ rumpi symbolũ tãta auctoritate fir/ matũ: nos non iudicamus esse corru/ ptionẽ vbi nihil addidim⁹ qδ his q̃ ibi dicta sunt aduersef. Et q̃3uis de/ fendere possemus hanc adiectionem non esse corruptionẽ: si q̃s tamẽ hoc cõtentiose voluerit asserere: respon/ demus nos illud non corrupisse sed aliud nouũ edidisse: illud ẜm ꝓprie/ tatem greci dictaminis translatũ cũ illis integꝝ seruamus ⁊ veneramur.

Illud autẽ quo frequẽtius in popu/ li audientia vtimur: latino more di/ ctatum cum additamẽto supradicto edidim⁹. Qꝫ aũt querif quare h̾ gre coꝝ ecclesie consensu factum non est: Respõdem⁹: quia ⁊ nimis erat diffi/ cile latinis eorũ episcopos ad cõsulẽ dum de hac re colligere: nec erat ne/ cesse: Unde non dubitabant hoc in questionẽ adducere. Que est enim ecclesia que vel ꝑ amplitudinẽ vni⁹ regni dilataf cui non liceat aliq̃d ẜm rectã fidem cõstituere qδ in conuen/ tu populi vtiliter legaf aut cantef? Quãto ergo magis licuit latinis hoc cõstanter ꝓferre in quo oẽs gentes ⁊ omnia regna que latinis vtunf litte/ ris pariter cõcordant.

Q Colligamus breuiter ꝙ supra
c pluribus rationib⁹ effectũ est.
Constat inexpugnabili ratõe spiritũsanctũ esse de filio: sicuti est de patre: nec tamẽ esse de duobus diuer/ sis sed de vno. Ex eo eñi ꝙ pater ⁊ fi/ lius vnũ sunt: id est ex deo: ⁊ est spiri tussanct⁹ non ex eo vnde alij sunt ab inuicẽ: sed qm̃ deus de quo est spiri/ tussanctus est pater ⁊ filius: idcirco vere dicif esse de patre ⁊ filio q̃ duo sunt. Et qm̃ pater non est prior aut posterior filio: aut maior aut minor: nec alter magis aut minus est deus q̃3 alter: non est spũssanctus prius de patre q̃3 de filio: nec de filio q̃3 de patre: nec maior nec minor ẽ existẽs de patre q̃3 existẽs de filio: nec magis nec min⁹ est de vno q̃3 de altero. Nã de altero si ꝑus aut posterior: vel ma ior vel minor: aut magis aut minus de vno eẽt q̃3 de altero: ex necessita/ te sequeref: vt aut spũssanct⁹ nõ esset de hoc in quo vnum sunt pater ⁊ fi/ lius: aut ipsum vnũ non esset ꝑfecte ⁊ simpliciter vnum: sed esset ibi ali/ qua diuersitas de qua illa quã dixi i existendo de eodem vno spũsancto esset varietas. Sed dici nõ potest qδ spiritussanctus non sit de hoc in quo vnum sunt pater ⁊ filius: alioqui nõ esset de deo. Nec credi debet ꝙ i ipo

vno sit ꝫm qđ ē aliq̄ diūsitas. Quare
nec prius nec post: nec maior aut mi/
nor: nec magis aut min⁹ est spūssan/
ctus đ p̄re q̄ꝫ de filio: aut đ filio q̄ꝫ de
patre. Nō eñ vn⁹ idēqꝫ spūssanct⁹ q̄
simul ē tot⁹ de deo toto: magł aut mi/
nus pōt esse de vno ⁊ summo simpli/
ci deo. Qđ si dicit: q2 spūssanct⁹ p̄n
cipaliter est de patre: q̄si magis sit de
p̄re q̄ꝫ de filio: Nō ita dicendū est vt
intelligat vlla p̄dictaꝝ varietatū in/
esse: sed qm̄ fili⁹ hoc qđ est de p̄re hꝫ:
idcirco hocipsum ꝙ spūssanct⁹ est de
filio habere de patre: de quo habet eē
non incōuenieter asserit. Qm̄ tñ sic
habet esse de patre vt oīno idipsū sit
qđ pater: ⁊ vn⁹ idēqꝫ deus. Sic sol⁹
⁊ simplex deus nō pōt esse maior vel
minor seip̄o: nec prior nec posterior:
nec aliquid ī se habet diuersum: sic fi/
lius nec prior nec posterior: nec ma/
ior nec minor ē patre: nec habet ali/
q̄d in se diuersum ab eo: sed sicut ha/
bet ab illo ꝑfecte esse: ita habet ꝑ oīa
ab eodem equale illi ⁊ simile: imō id/
ipsum esse. Quapropter sicut pater
nō est magis deus q̄ꝫ fili⁹: q̄ꝫuis fili⁹
habeat esse de patre: ita nō est magis
spūssanct⁹ de patre q̄ꝫ de filio: licꝫ fi/
lius a patre habeat: vt de illo sit spi/
ritussanct⁹. In eo eñ in quo est vn⁹
idemqꝫ cū patre: id est in eo ꝙ deus
est: nec est alius ille ⁊ ali⁹ pater: neqꝫ
dissiliter sunt id qđ sunt: ꝫ ī eo ꝙ ille
est pr̄ iste filius: ali⁹ est ille ⁊ alius est
iste. Et sicut filius non est alius deus
q̄ꝫ pater: ita ꝫm qđ deus est nō habet
aliq̄d ab alio q̄ꝫ a seipso. Nā cū dici/
mus deum de deo: filiū de patre: non
aliū intelligim⁹ deū de deo alio: sed
eundē ipsum deū de eodem ipso deo:
q̄ꝫuis dicamus aliū de alio: filium scꝫ
de patre. Sicut enī supra dictum est:
quēadmodū deus ꝫm nomē signifi/
cans vnitatē: nullā recipit diuersita/
tem: ita ꝫm nomīa significātia deum
eē de deo: necessario admittit plura/
litatē. Si ꝗ dicit ꝙ spūssanctus p̄n/
cipaliter a patre sit: non aliud signifi/
cat q̄ꝫ quia ipse filius de quo est spiri
tussanctus a patre habet hocipsum
vt spūssanct⁹ sit de illo: qm̄ id qđ est
habet a patre. Nō quēadmodum in
reb⁹ creatis cū aliquid asserim⁹ esse:
p̄ncipaliter volum⁹ significare ꝙ ma
gis sit hoc qđ dicit eē p̄ncipaliter q̄ꝫ
illud ad quod refert.
T cum dispēsator alicui⁹ dñi B
v eius p̄cepto pascit familiā do
mus: dñs p̄ncipalit ⁊ magis
eam pascere recte dicit q̄ꝫ dispēsator.
Nā oīa que sunt dñi sunt dispēsato/
ris equaliter: sicut ea q̄ sunt patris fi/
lij quoqꝫ sunt nō īequaliter. Queret
forsitan aliq̄s ⁊ mirabit dicēs: Quō
potest intelligi vt habeat aliquid eē
de aliquo: ⁊ nō sit aliquo mō id de q̄
est principalius ⁊ dignius: ⁊ hoc qđ
ex eo est quodāmodo minus ⁊ quasi
secūdariū: ꝑsertim cū id qđ est de ali
quo videatur indigere vt sit ex eo de
q̄ est: illud ꝟo de quo ē nequaq̄ꝫ ege/
at eo qđ de se ē. Ad qđ respondēdū:
quia sicut essentia dei valde diuersa
⁊ aliena est a creata essentia: ita cum
dicimus: deū de deo existere nascen/
do vel ꝓcedendo: longe aliter intelli
genda est ista natiuitas siue ꝓcessio
q̄ꝫ cum dicimus in alijs rebus ali/
quid nasci vel ꝓcedere. Ibi eñ nihil
est: aut natura: aut tēpore: aut in ali/
quo prius: aut posterius: magis aut
minus: aut aliqua rōne aliquo indi/
gens: sed totū qđ est: nō tamē equale
vel simile sibi ⁊ coeternū q̄ꝫ idem sibi
ipsi ⁊ ꝑ se sibijpsi oīno sufficiēs: nec
nascit vel ꝓcedit ibi aliq̄d q̄si de nō
esse ꝓficiens ad esse. Sicut igit intel
lectus noster nō potest transire vltra
eternitatem: vt quasi de p̄ncipio eius
iudicet: sic nō potest de hac natiuita/
te vel ꝓcessione: nec debet ad simili/
tudinē creature sentire vel iudicare.
Sed quoniā ⁊ qđ nascit ⁊ qđ pro/
cedit: nō est aliud nisi id de quo ē na/
scens vel ꝓcedēs: qđ est solus ⁊ vn⁹
de⁹: sicut idē de⁹ non est seipso maior
vel minor: ita in tribus hoc est in pa/
tre ⁊ filio ⁊ spūsancto nō ē aliq̄d ma/
ius vel min⁹: nec est ali⁹ alio ꝫ qđ est

maius vel min⁹: q̃uis verũ sit q̄ de⁹ est de deo nascẽdo ⁊ ꝓcedẽdo. Ecce videm⁹ quãta veritate ⁊ quãta necessitate sequat̃ spiritũ sanctũ de filio ꝓcedere. Q̊ꝺ si verũ nõ ẽ: aut aliq̃d coꝝ ex quib⁹ hoc dixim⁹ cõsequi: falsum est qꝺ cõtra christianã fidẽ quã cũ grecis tenemus: aut nõ ꝯsequẽter cõclusim⁹ qꝺ ostẽdi nequit. Quare si verũ nõ ẽ: fides christiana destruitur. Palã etiã est intelligẽti si falsuȝ esse ponitur: quia nulla inde veritas nascit̃. Cõsideramus quoq; q̃d eueniat cũ ꝓ vero asserit̃. Utiq; si verũ est spm̃sanctũ ꝓcedere a filio sicut a patre: sequit̃ q2 filij spũs ẽ sicut prĩs: ⁊ mittit̃ ⁊ dat̃ a filio sicut a patre: qꝺ diuina docet auctoritas: ⁊ nulla penitus sequit̃ falsitas. Cũ aũt ꝓcessio spũssancti a filio negata tantã inducat falsitatẽ vt illa ex quib⁹ eã ꝯsequi mõstrauim⁹ destruat cõtra fidẽ christianã: nec vllam generet veritatẽ: ⁊ asserta tantã ꝓbet veritatẽ: sic̃ ostendimus: nec vllã vllaten⁹ secũ trahat falsitatẽ: cogitet cor rationale qua ratione illã excludat a fide christiana. Deniq; si error est hanc credere de filio spũssancti ꝓcessionẽ: ipsa diuina auctoritas nos in errorẽ inducit: cũ ⁊ illa ex quib⁹ hec sequit̃ ꝓcessio: ⁊ que illã sequũt̃ nos docet: nec alicubi: aut illã negat: aut qꝺ illi repugnet aliquo mõ ꝓnunciat auctoritas. Si ergo opponit̃: q2 nusq̃; eã ꝓfert diuina auctoritas: ideo nõ esse dicendã. Dicat̃ silr̃: q2 nusq̃; illã negat: nec aliquid dicit qꝺ repugnet nõ esse negandã. Dicim⁹ etiã: q2 satis illã affirmat cum illa asserit vnde probat̃: ⁊ nullo modo aliquid significet vnde neget̃.

S p

Atet ꝙ sicut supra ꝑmisi ꝑter hoc: q2 filius existit nascẽdo ⁊ spũssanct⁹ ꝓcedendo. Hac q̃ȝ causa: q2 scȝ spũssanct⁹ ẽ de filio: eos de inuicẽ nõ posse dici: ⁊ ꝓpter h̊ solũ filiũ nõ posse eẽ de spũsancto. Nã qm̃ vt dictũ ẽ: aut fili⁹ ẽ de spũsãcto aut spũssanctus de filio. Si non esset spũssanctus de filio: sequeret̃ de spũsãcto filiũ eẽ. Apparet itaq; ꝑ supradictas rõnes: q2 pat̃ est deus de quo deus ẽ: ⁊ nõ est deus de deo: ⁊ fili⁹ ẽ deus de deo: ⁊ de⁹ de quo est deus: ⁊ spũssanct⁹ de⁹ de deo: nec ẽ deus de q̃ est de⁹. Et q̃uis de prẽ sint duo: id est filius ⁊ spũssanct⁹: nõ tñ duo dij sunt de patre: sed vn⁹ est deus q̃ est filius ⁊ spũssanct⁹. Et licȝ duo sint ꝺ quo ẽ filius: ⁊ qui est de filio: id est pater et spũssanct⁹: non tamẽ sunt duo dij sed vnus deus q̃ est pater ⁊ spũssanctus: q̃uis q̃; spũssanct⁹ sit de duob⁹: id est de patre ⁊ filio: non tamẽ de duobus est dijs sed de vno deo qui est pater ⁊ filius. Si aũt pater ⁊ filius ⁊ spũssanctus bini considerent̃: liquet ex his q̃ dicta sunt: q2 necesse est alterũ ex altero: aut esse q2 ille nõ ex se est: aut non esse q2 ille ẽ ex se. Nam si conferam⁹ patrẽ ⁊ filiũ: videmus filiũ eẽ de prẽ: q2 pater nõ est de illo: ⁊ patrẽ nõ esse de filio: q2 filius est de patre. Et silr̃ si cõsideremus conferẽdo patrẽ ⁊ spm̃sanctũ: inuenim⁹ spm̃sanctũ eẽ de prẽ: q2 nõ est de illo pater: ⁊ patrẽ non eẽ de spũsancto: q2 spũssanct⁹ de illo ẽ. Ita quoq; si filius ⁊ spũssanct⁹ quõ sunt ad inuicẽ speculemur: ĩtelligim⁹ spm̃sanctũ eẽ de filio: q2 filius non ẽ de illo: ⁊ filiũ nõ esse de spũsancto: q2 spũssanct⁹ ẽ de filio. Apparet igit̃ qꝺ supra dixi: quia relatiões ꝑdicte licȝ sint ĩ vno: nõ possũt vnitati ĩmittere pluralitatẽ suã: nec vnitas relatiõibus singularitatem suaȝ. Porro sex sunt differẽtie patris ⁊ filij ⁊ spũssancti ex his nascẽtes nomĩb⁹: id est habere patrẽ ⁊ non habere patrẽ: habere filiũ ⁊ nõ hr̃e filiũ: hr̃e spm̃sanctũ de se ꝓcedentẽ: ⁊ nõ hr̃e spm̃scm̃ ꝺ se ꝓcedentẽ. Harũ differẽtiaꝝ singulus quisq; habet vnã ꝓpriã qua differt ab alijs duob⁹: ⁊ duas ita cõmunes ⁊ proprias vt qua cõmunicat vni ea differat ab altero. Pater nãq; habet filiũ solus quo differt ab alijs duob⁹: habet spm̃sanctũ ꝓcedentẽ de se qꝺ cõmune est illi cũ filio: ⁊ quo differt

a spũsancto. Patrẽ autem nõ habet
sicut nec spũssanctus: ⁊ in hoc differt
a filio: Filiꝰ solus habet patrẽ ĩ quo
differt a pr̃e ⁊ spũssancto: Est illi cõe
cũ patre sicut dictũ est: qꝛ ꝓcedit de
illo spũssanctꝰ: vnde ab eodẽ spũsan
cto diuisus est: caret aũt filio sic spũs/
sanctꝰ: vnde discrepat a patre. Spũs/
sanctꝰ solus est de quo alius nõ ꝓce/
dit: Cõe est illi cũ pr̃e vt dixi nõ ha/
bere patrem: ĩ quo dissimilis est filio:
Cũ filio quoqꝫ est illi cõmune: vt iã
monstratũ est nõ habere filiũ: vnde
patri non cõcordat. Solus itaqꝫ pr̃
est qui est de nullo: ⁊ de quo sunt alij
duo. Solus ecõtra spũssanctꝰ est qui
de duobus: ⁊ de quo nullꝰ. Solus fi/
lius ꝗ de vno ⁊ de quo vnꝰ. Est autẽ
tribus cõmune ad duos habere rela/
tionẽ: pater eñ ad filiũ ⁊ ad spm̃san/
ctũ refert̃ sicut ad illos qui de se sũt:
filius ad patrẽ ⁊ ad spiritũsanctũ ꝗ
est de patre ⁊ spũssanctꝰ de illo. Spi
ritussanctꝰ ad patrẽ ⁊ filiũ: quia est
de vtroqꝫ. Possidet ergo vnusq̃sqꝫ
suas ꝓprietates: quarum collectio in
alio nõ est eadem ad similitudinẽ di/
uersarũ hominũ ꝑsonarũ. Per hoc
enĩ hominũ ꝑsone diuerse sunt abin/
uicem: quia vniuscuiusqꝫ ꝓprietatũ
collectio nõ est ĩ alio eadẽ. Inẽst tñ
aliquid: Nã ĩ ꝑsonis hominũ si vna
est ꝑsona: vnus est homo: ⁊ si vnus ẽ
homo: vna est ꝑsona. Item si plures
sunt ꝑsone: plures ꝗꝫ sũt hoĩes: ⁊ si
isti plures sunt: ille ⁊ pluralitatẽ non
effugiũt. In deo vero q̃uis tres ꝑso/
ne sint: vnus tamẽ est deus: ⁊ licꝫ sit
vnus deus: nequaq̃ꝫ tamẽ ꝑsone plu
ralitatẽ amittũt. In hoc itaqꝫ qđ re/
latiue deus ad deũ dicit̃: sicut plures
hoĩes: ꝑsonaꝝ admittit pluralita/
tẽ ⁊ diuersitatẽ. In hoc xᵒ qđ ꝑ se:
id est in deo: inseꝑabilẽ ad similitudi
nẽ vniꝰ hoĩs seruat singularitatẽ:
pluralitas nãqꝫ humanarũ ꝑsonarũ
nõ est nisi in pluribꝰ hoĩbꝰ: nec vnus
homo pluralitatẽ accipit ꝑsonarum:
Deus xᵒ vnꝰ est tres ꝑsone: ⁊ ꝑsone
tres vnꝰ deꝰ: Hoc itaqꝫ mõ: nec vniꝰ
nec diuersarũ integre seruat aliarum
ꝑsonarum ꝓprietatem:

Ur autẽ ita sit: q̃uis in ꝑ̃fata T
c epistola đ incarnatiõe verbi:
de h̃ aliquãtulũ diximꝰ: bre/
uiter tñ hic repertã. Sepe fit vt plu/
ra cõueniant in vnũ sub eodẽ nomĩe
⁊ eadẽ quãtitate quã habebãt singu
la anteq̃ꝫ vnũ fierent. Quippe si pũ/
cto pũctũ addimꝰ sine ĩteruallo: aut
equalẽ lineã inequali linea: aut suꝑ/
ficiem equalẽ inequali suꝑficie collo
camus: nõ fit nisi vnus punctus: vna
linea: vna suꝑficies. In multis si ꝗs
voluerit querere: ĩueniet simile. Hoc
itaqꝫ mõ q̃uis nõ sint plures eterni/
tates: si tñ dr̃ eternitas ĩ eternitate:
non est nisi vna eternitas: ⁊ lumẽ in
lumĩe vnũ tm̃ lumẽ est. Eodẽ modo
quecũqꝫ de dei dicunt̃ essentia: si ĩ se
replicent̃: nec quãtitatẽ augent: nec
pluralitatẽ admittunt. Qm̃ aũt deꝰ
est eternitas: sicut extra eternitatẽ ni
hil est oĩno: ita extra deũ penitus nõ
est aliquid. Atqꝫ sicut eternitas non
est nisi vna eternitas in eternitate: sic
deus in deo vnus solus est deus. Ha
bemus autem ex vera fide deum esse
de deo nascẽdo: ⁊ deũ de deo ꝓcedẽ/
do. Sed quoniã nõ est aliquid extra
deum cum nascit̃ deus de deo vel cũ
ꝓcedit deus de deo: non exit nascens
vel ꝓcedens extra deũ: sed manet in
deo. Qm̃ ergo deus ĩ deo nõ est nisi
vnus deus cum nascit̃ deus de deo:
vnus solus est deus gignens ⁊ geni/
tus: ⁊ cum ꝓcedit deus de deo: vnus
tm̃modo deꝰ est ⁊ ꝓcedens: ⁊ de quo
ꝓcedit. Unde ineuitabiliter sequit̃:
quoniã deus nullas habet partes: ſ;
totus est quicq̃d est: vnum eũdemqꝫ
⁊ non aliũ ⁊ aliũ deũ totũ esse patrẽ:
totum esse filiũ: totũ esse spiritũsan/
ctũ. Quare pr̃ ⁊ filius et spũssanctꝰ
ꝑ hoc quia cũ est deꝰ: in deo nõ est ni/
si vnꝰ deus: seruant in deitate ad silĩ/
tudinẽ vnius hominis singularita/
tem. Per hoc xᵒ: quia cũ deus ẽ de
deo: aut nascendo aut ꝓcedendo: nõ
potest vnus idẽqꝫ esse ꝗ est de aliquo

⁊ de quo eſt ſm nomīa has relatiões ſignificātia: tenent ſicut diuerſe hoīm pſone pluralitatē. Notādū tamē: qꝛ nec deꝰ eſt ſine pſona: nec pſona ſine deo: ⁊ qꝛ ſingulis pſonis attribuimꝰ aliqñ ꝓpꝛia ſingularū: aliqñ vni qſi ꝓpꝛiū: qđ cōmune eſt alijs. Nā cum dicimus: ſolus pater eſt in tribꝰ pſonis qui a nullo eſt: ſolus filius qui eſt de vno ⁊ de quo vnꝰ: ſolus ſpūſſanctꝰ de quo nullꝰ eſt: ſingulas pſonas nominātes: ſingulis ꝓpꝛia attribuimꝰ.
Math. 11 Cū vo legimꝰ: Nemo nouit filiū niſi prē: neqꝫ patrē qs nouit niſi filiꝰ. Et:
1. Cor. 2. Que ſunt dei: nemo cognouit niſi ſpūs dei: qͣuis videat ſcptura qđ de vna dic pſona negare de alijs: cōmune tamē eſt omnibꝰ qđ ſingulis qſi ꝓpꝛiū attribuit. Non eñ ignoꝛat pater aut filius ſeipm ⁊ que dei ſunt: necꝫ ſpūſſanctꝰ patrē aut filiū. Cur autē ⁊ qñ qđ de vno quaſi ð ſolo dicit: de alijs intelligat: ſatis ſupꝛa dictū eſt.

Et de ꝓceſſione ſpiritusſancti
b alijs cogētibus: nō de me ſed de eodem ſpūſancto cōfidens ꝓ latinis cōtra grecos ſcribere: ⁊ ea occaſiōe de vnitate deitatis: ⁊ de trinitate pſonarū aliqđ addere pſūpſi: qͣuis innumerabiles ſint inter illos q latinis vtunt lrīs q ħ meliꝰ qͣ ego facere poſſint. Quicqđ ꝗ dixi qđ ſuſcipiēdū ſit: nō mihi attribuat ſ ſpūi veritatis: Si autē aliquid ꝓtuli qđ aliquatenus coꝛrigendū ſit: mihi imputet: non ſenſui latinitatis.

Beati Anſelmi de ꝓceſſione ſpiritusſancti Epiſtola explicit.

Capitulorū dialogi de caſu diaboli: beati Anſelmi annotatio.

Beati Anselmi archiepi Cantuariēsis dialogus de casu diaboli incipit.

Qr etiā ad angelos dicat: Quid habes qd̄ nō accepi- sti: ⁊ a deo nō sit nisi bonū ⁊ esse: ⁊ omne bonū sit essen- tia: ⁊ omnis essentia bonū: Capitulū. I. Dis.

Llud apo stoli: Quid habes qd̄ nō accepisti: dicit ho- minib⁹ tm̄: an ⁊ ange- lis? M Nulla crea tura habet aliq̄d a se.

i. Cor. 4.

Quod em̄ seipm̄ a se nō habet: quō hz a se aliq̄d? Deniq3 si nō est aliq̄d nisi vn⁹ q̄ fecit: ⁊ q̄ facta sūt: sūt ab vno: clarū est: qr nullaten⁹ pōt hr̄i aliq̄d nisi q̄ fecit aut qd̄ fecit. D Vere clarū. M Sed neq3 ipse factor: neq3 qd̄ factū est pōt hr̄i nisi ab ipso factore. D Nec hoc min⁹ clarū. M Ille igit sol⁹ a se hz q̄cq̄d hz: ⁊ oīa alia nō nisi ab illo habēt aliq̄d: ⁊ sic̄ a se nō nisi nihil hn̄t: ita ab illo nō nisi aliq̄d habēt. D Nō plane vi dō qd̄ ais: q3 a deo nō habēt alia nisi aliq̄d. Nā q̄s fecit ali⁹ vt multa q̄ vi dem⁹ trāsire dē eē ad nō eē: nō sint qd̄ erāt: etiā si oīno ī nihilū nō trāseāt. Aut q̄s facit nō esse q̄cq̄d nō est: nisi ille q̄ facit esse om̄e qd̄ ē? Itē si nō est aliq̄d nisi ideo qr de⁹ facit: necesse est vt qd̄ nō est: idcirco nō sit: qr ipse nō facit. Sicut ergo illa q̄ sūt: ab illo habēt esse aliq̄d: ita q̄ non sunt vel q̄ de esse trāseūt ad nō esse: vident ab eodem ipso hr̄e esse nihil. M Nō solū ille dicit facere aliq̄d eē: aut eē nō aliq̄d q̄ facit vt sit qd̄ nō ē: aut nō sit qd̄ ē: sed etiā ille q̄ pōt facere aliq̄d vt non sit ⁊ nō facit: dicit facere esse nō esse. Quippe nō ille tm̄ dr̄ facere aliquē nudū esse aut nō esse indutū q̄ eū de- spoliat: sed ⁊ q̄ spoliantē cū ꝓhibere possit nō ꝓhibet: sed ille dicit ꝓprie fa cere: iste ī proprie. Cū em̄ iste dr̄: qr fecit eē nudū aut nō esse indutū: non aliud intelligit nisi qr cū posset non fecit vt nō eēt nud⁹ aut maneret īdu tus. Hoc mō de⁹ dicit multa facere que non facit: vt cum dicit inducere in temptatiōez qm̄ nō defendit a tē- ptatiōe cū possit: ⁊ facere nō eē qd̄ nō est: qm̄ cū possit: nō facit esse. At si cō sideres ea q̄ sūt cū trāseūt ad nō esse: nō ipe facit ea nō esse. Qm̄ nāq3 nō solū nō ē aliq̄ alia essentia nisi illo fa ciēte: sed nec aliq̄ten⁹ manere pōt q̄ fa- cta ē: nisi eodē ipo faciēte vt maneat: Cū ipe desinit seruare qd̄ fecit: nō ideo id qd̄ erat redit in nō esse qr ipe facit nō esse: sed qr cessat facere eē. Nā ⁊ cū q̄si irat⁹ destruēdo aliq̄d aufert esse: nō ē ab illo nō eē: sed illo tollēte velut suū qd̄ p̄stiterat qd̄ ab eo factū fua-

baẗ vt eēt: redit ī nō eē: qđ nō ab illo
ſ a ſe añq̄ȝ fieret hēbat. Si eñ ab ali
ꝗ tunicam repetas quā ꝑſtiteras illi
mō ad tp̄us: nō bȝ a te nuditatē: ſ te
qđ tuū erat tollēte: redit ī id qđ erat
añq̄ȝ indueręẗ a te. Nēpe ſicē a ſūmo
bono non ē niſi bonū: ⁊ om̄e bonū ē
a ſūmo bono: ita a ſūma eſſentia nō ē
niſi eſſentia: ⁊ oīs eſſentia eſt a ſūma
eſſentia: vñ qm̄ ſummū bonū ē ſūma
eſſentia: cōſequēs eſt vt om̄e bonū ſit
eſſentia: ⁊ oīs eēntia bonū. Nihil ḡ
⁊ nō eſſe ſicē eſt eſſentia: nō eſt bonū.
Nihil itaq̄ȝ ⁊ nō eſſe: nō ē ab illo a q̄
nō ē niſi bonū ⁊ eēntia. D Apte
nūc video: qꝛ ſicut bonū ⁊ eē non eſt
niſi a deo: ita non ē a deo niſi bonū ⁊
eſſe. M Uide ne vlla tenꝰ putes
cū in diuinis libꝛis legimꝰ: aut cū ſm̄
illos dicimꝰ deū facere malū: aut face
re non eſſe: q̄ negē ꝓpẗ qđ diciẗ: aut
rep̄hendā qꝛ ita dr̄: ſed nō tantū de
bemꝰ inherere ī ꝓpꝛietati verboꝝ
veritatē tegēti: quātū inhiare ꝓpꝛie
tati veritatis ſub mlẗimō genere lo
cutiōis latenti. D Iſta nō niſi nō
intelligēti aut calūnioſo habes opus
dicere. M Redi ad id qđ incepiſti
⁊ vide ſi non ſolū homī ſed ⁊ angelo
pōt dici: qꝛ nō habet qđ nō accepit.

Cur videaẗ diabolꝰ ideo nō accepiſſe ꝑſeuerantiā: qꝛ deꝰ nō dedit: Ca. II.

D. Satis patet nō minꝰ angelo q̄ȝ
ſ homī cōuenire. Cōſtat ḡ: qꝛ
ille angelꝰ q̄ ſtetit in veritate
ſicut ideo ꝑſeuerauit qꝛ ꝑſeuerantiā
habuit: ita iō ꝑſeuerantiā habuit qꝛ
accepit: ⁊ iō accepit: qꝛ deꝰ dedit id.
Cōſequēs ē igiẗ: qꝛ ille q̄ in veritate
nō ſtetit: quēadmodū ideo nō ꝑſeue
rauit qꝛ ꝑſeuerātiā nō habuit: ſic iđo
nō habuit ꝑſeuerātiā: qꝛ nō accepit:
et iō nō accepit: qꝛ deꝰ nō dedit. Si
ḡ potes: volo vt oñdas mihi culpā
eiꝰ cū ideo nō ꝑſeuerauit qꝛ ille non
dedit: q̄ nō dāte nihil hr̄e potuit. Cer
tus ſum eñ etiā ſi nō videā: non illū
niſi iuſte a ſūmo iuſto damnatū: nec
ſine culpa iuſte illū potuiſſe dānari.
M Unde putas ꝯſequi ſi bonꝰ an
gelus ideo accepit ꝑſeuerātiā: qꝛ deꝰ
dedit: malū ideo nō accepiſſe: qꝛ deꝰ
nō dedit? D Quia ſi bono ange
lo datio eſt cauſa acceptiōis: puto nō
dationē eſſe malo angelo cām nō ac
ceptiōis: ⁊ ſi poniẗ nō datio inde ne
ceſſariā eſſe cauſā vt ſequaẗ nō acce
ptio vt om̄s ſcimꝰ: qꝛ cū nō accipimꝰ
qđ volumꝰ: nō ideo nō daẗ qꝛ nō ac
cepimꝰ: ſ ideo nō accipimꝰ: qꝛ nō da
tur. Deniq̄ȝ quoſcūq̄ȝ legi aut audiui
facere queſtionē hāc: hac rōne eā in
quātū memini cōſtituūt: qꝛ ſi bonus
angelꝰ ideo accepit qꝛ deꝰ dedit: ma
lus angelꝰ ideo nō accepit qꝛ deꝰ nō
dedit: nec memini me adhuc huiꝰ cō
ſequētie ſolutionē vidiſſe.

Q ideo deus nō dedit: qꝛ ille nō accepit: Ca. III.

M. Nulla eſt ibi ꝯſequētia: poteſt
n eñ nō dare nō eſſe cauſa non
accipiēdi: etiam ſi dare ſemꝑ
eſſet cauſa accipiendi. D Ergo ſi
ponaẗ non dare: nō neceſſe eſt ſequi
non accipere: Quare poteſt eſſe acci
pere etiā ſi non ſit dare. M Non
eſt ita. D Exēplo volo mihi oſtē
das quod dicis. M Si ergo por
rigo tibi aliquid ⁊ tu accipiſ: nō ideo
do qꝛ accipis: ſed ideo accipis quia
do: ⁊ eſt datio cauſa acceptiōis. D
Ita eſt. M Quid ſi ip̄m porri
go alio: ⁊ nō accepit: ille ne iō nō ac
cipit: quia nō do? D Potius vi
deẗ qꝛ tu ideo nō das: qꝛ ille non ac
cipit. M Hoc igitur nō dare nō
eſt cauſa non accipiendi: ⁊ tamē ſi po
no nō me dediſſe: cauſa eſt conſequē
di illum non accepiſſe. Aliud namq̄ȝ
eſt rem cauſaȝ eſſe alterius rei: aliud
poſitionem rei eſſe cauſam vt ſequaẗ
aliquid. Cum enim incendiū non ſit
cauſa ignis: ſed ignis incēdij: poſitio
tamē incendij ſemper cauſa eſt vt ſe
quaẗ eſſe ignem. Si enim ē incendiū
neceſſe eſt ignem eſſe. D Neceſſe
eſt me ſic eſſe fateri. Magiſter.

Uides ꝙ vt puto si tu ideo accepisti: quia ego dedi: nõ tamẽ idcirco cõseqꝫ illũ qui nõ accepit: ideo nõ accepisse: q; ego nõ dedi: ⁊ tamẽ cõsequi: quia si ego nõ dedi: ille non accepit. D Uideo: ⁊ placet mihi quia video. M An amplius dubitas: q; sicut angelus q̄ stetit ideo accepit ꝑseuerantiã q; deus dedit: ita non statim idcirco deus non dedit q; ille nõ accepit. D Nondũ mihi hoc ostẽdisti: sed illud tñ sufficiẽter demõstrasti: scʒ non esse ꝯsequẽs ex eo: q; bonus angelus ideo accepit q; deus dedit: malũ ideo nõ accepisse q; deus non dedit. Si enĩ vis asserere deũ illi ideo nõ dedisse: q; non accepit: Quero cur non accepit? Aut q; nõ potuit: aut q; nõ voluit. Nã si non habuit potestatẽ aut voluntatẽ accipiẽdi: deus nõ dedit. Si enĩ deus dedisset: ꝓ certo habuisset. Quare si nõ potuit hr̃e potestatem aut volũtatẽ accipiẽdi ꝑseuerãtiam nisi dante deo: quid peccauit si non accepit quod deus illi nõ dedit posse aut velle accipe? M Deus dedit illi potestatẽ ⁊ voluntatẽ accipiendi ꝑseuerantiã. D Accepit igit̃ qđ deus dedit: ⁊ habuit qđ accepit? M Uere habuit ⁊ accepit. D Accepit ꝙ ⁊ habuit ꝑseuerãtiã? M Nõ accepit: ⁊ ideo nõ habuit. D Nõne dixisti deũ illi dedisse et illũ accepisse potestatẽ ⁊ volũtatem accipiẽdi ꝑseuerantiã? M Dixi: sed non dixi deũ illi dedisse accipe ꝑseuerantiã: sed tñ velle ⁊ posse ꝑseuerantiã accipe. D Ergo si voluit ⁊ potuit: accepit ꝑseuerãtiã. M Nõ est necessariũ ꝯsequẽs. D Nõ video cur non: nisi mihi ostẽdas. M Incepisti vnq̄ꝫ aliq̄d cũ volũtate et potestate ꝑficiẽdi: qđ tamẽ voluntate ante finem rei mutata non ꝑfecisti? D Sepe. M Uoluisti igit̃ et potuisti ꝑseuerare in quo non ꝑseuerasti? D Uolui vtrumq; : sed non ꝑseueraui in voluntate: ⁊ ideo non ꝑseueraui in actiõe. M Quare nõ ꝑseuerasti in volũtate? D Quia non volui. M Nõne q̄diu voluisti perseuerare in actione: voluisti ꝑseuerare ĩ ipsa volũtate? D Nõ possum negare. M Cur ꝙ dicis: non voluisse ꝑseuerare in illa? M Item rñderẽ: q; ꝑseuerare volui: sed non ꝑseueraui in hac volũtate: nisi rẽ viderem in infinitũ ꝓcedere: te semꝑ idipsum interrogante ⁊ me eadem respondente. M Non ergo debes dicere: ideo non volui perseuerare in voluntate huius volũtatis. Sed cũ querit̃: quare non ꝑseuerasti ĩ actione in qua voluisti ⁊ potuisti ꝑseuerare: Respondere potes vel debes: quia non ꝑseueraui in volũtate. Quod si querit̃ iterũ: quare non ꝑseuerasti in voluntate: Alia causa reddenda est: vnde scʒ contigerit defectus illius voluntatis: q̄ꝫ quia nõ ꝑseuerasti velle volũtatẽ. Non enĩ respõdẽdo aliud ostendis q̄ꝫ idipsum qđ querit̃: id est non ꝑseuerasti in voluntate ꝑseuerãdi in actione. D Uideo: quia nõ videbã quid dicerẽ. M Dic ergo vno verbo quid sit ꝑseuerare: quãtũ res exigit in faciendo aliquid. D Perficere. Nam ꝑseuerare in scribẽdo aliq̄d dicimus ꝑscribere inducendo ꝑducere. M Dicamus igitur similiter: etiã si non sit in vsu q̄ ꝑseuerare in voluntate sit ꝑseuerare velle. D Ita fiat. M Cum ergo nõ ꝑfecisti qđ voluisti ⁊ potuisti: cur non ꝑfecisti? D Quia non ꝑseuerare volui. M Ita ergo dic: quia diabolus qui accepit velle et posse accipere ꝑseuerantiã: ⁊ velle et posse ꝑseuerare: ideo non accepit nec ꝑseuerauit: quia non ꝑseuerare voluit. D Item quero: quare nõ ꝑseuerare voluit? Cum enĩ dicis: quia non ꝑseuerare voluit qđ voluit: tale est ac si dicas: quod voluit prius: postea nõ voluit. Quoniã ergo nõ voluit quod prius voluit: quare nõ voluit: nisi quia non habuit voluntatẽ. Non dico volũtatem quã prius habuit cũ voluerit: sed quã nõ habuit cũ non voluit. Hanc autem volũtatem

quare non habuit nisi qꝛ nō accepit: Quare autē nō accepit: nisi qꝛ deus nō dedit: sed ideo deus non dedit qꝛ ille non accepit. M Iterū dico qꝛ nō ideo nō accepit qꝛ deus nō dedit: sed ideo deꝰ non dedit: qꝛ ille nō accepit. D Hoc ostende. M Sponte dimisit voluntatē quā habuit: ⁊ sicut accepit habuit quicqꝫ habuit: ita potuit accipe et semꝑ tenere qđ deseruit: Sed qꝛ deseruit nō accepit. Qđ ergo ideo nō accepit tenere quia deseruit: nō ideo nō accepit: qꝛ deus nō dedit: ſ deꝰ nō dedit: qꝛ ille non accepit. Quis nō videat: qꝛ nō ideo nō voluit tenere qꝛ deseruit: sed ideo deseruit quia nō voluit tenere? Semꝑ nāqꝫ tenēti prius est nō velle tenere q̄ȝ velle deserere. Iđo em̄ vult aliquis deserere qđ tenet: qꝛ nō vult tenere. D Quero igiť quare tenere non voluit qđ tenebat: nisi quia deus non dedit velle. M Non semꝑ prius est nō velle tenere: q̄ȝ velle deserere. D Quando non sit ostende mihi. M Quādo aliqn̄ rem ꝓpter se non vis tenere sed deserere: vt carbonē ignitū ī manu nuda positū: tūc forsitan prius est nō velle tenere q̄ȝ velle deserere: ⁊ iđ vis deserere qꝛ non vis tenere. Prius em̄ q̄ȝ teneas nō vis tenere: velle aūt deserere nō potes nisi cum tenes. Cū aūt tenes qđ non ꝓpter aliq̄d vis tenere: nec tamē propter aliquid deserere vis: ⁊ magis vis aliquid qđ nō potes habere nisi deseras qđ tenes: tunc velle deserere prius est q̄ȝ non velle tenere. Auarus nāqꝫ cum vult tenere nūmum: ⁊ mauult panem quē nequit habere nisi nūmū det: ꝑus vult dare: id est deserere nūmum q̄ȝ non velit tenere: non em̄ illum ideo vult dare qꝛ nō vult tenere: sed qꝛ vt panē habeat: necesse habet dare. Nā et anteq̄ȝ habeat vult tenere ⁊ habere: ⁊ cum habet nequaq̄ȝ nō vult tenere q̄ȝdiu nō habet necesse deserere. D Verū est. M Non ꝙ semper est ꝑus nō velle tenere q̄ȝ velle deserere: sed aliqn̄ ꝑus est velle deserere. D Non possum negare. M Dic ꝙ quia nō ideo non voluit cum debuit ⁊ qđ debuit qꝛ voluntas deficit deo dare deficiēte: sed quia ipse volendo qđ nō debuit: bonā voluntatē expulit mala supueniēte. Quapropter nō ideo nō habuit bonā voluntatē ꝑseuerantē: aut nō accepit quia deꝰ non dedit: sed ideo deus non dedit: quia ille volēdo qđ nō debuit eā deseruit: ⁊ eam deserēdo nō tenuit.

Quō ille peccauit ⁊ voluit silis esse deo: Ca. IIII. D

i Ntelligo qđ dicis. M Dubitas adhuc diabolū nō ideo voluisse deserere qđ habebat qꝛ nō voluit tenere: ſ iđo nō voluisse tenere qꝛ voluit deserere. D Nō dubito sic esse posse: sed nondū fecisti me certum sic esse. Prius ergo ostende quid voluit habere quod nō habebat vt vellet deserere qđ tenebat: sicut in auaro mōstrasti. Deinde si nihil contradici poterit ita esse me non dubitare fatebor. M Peccasse illum nō dubitas: quoniā a iusto deo non potuit iniuste dānari: Sed queris quomō peccauit. D Ita est. M Si iusticiā ꝑseueranter seruasset: nō peccasset vnq̄ȝ nec miser esset. D Ita credimus. M Iusticiā ꝟo nullus seruat nisi volēdo qđ debet: neqꝫ deserit nisi volendo qđ non debet. D Nulli dubium. M Volendo aliq̄d igiť quod velle tūc non debebat: deseruit iusticiam ⁊ sic peccauit. D Ita sequiť: Sed q̄ro quid voluit. M Verū qđ habebat debebat velle. D Debebat vere velle quod a deo acceperat: nec hoc volendo peccauit. M Voluit igiť aliquid qđ non habebat nec tunc velle debebat: sicut eua similis voluit esse dijs ꝑus q̄ȝ deus hoc vellet. D Nec hoc ita sequi negare queo. M Nihil autē velle poterat nisi iusticiā aut cōmodū: ex cōmodis em̄ constat beatitudo quam

vult oĩs rõnalis natura. D In no
bis possum⁹ h cogńscere q̃ nihil volu
m⁹ nisi qđ iustũ ⁊ cõmodũ putam⁹.
M Iusticiam vero volendo: pec
care non potuit. D Uerum est.
M Peccauit ergo volendo aliqđ
cõmodũ quod nec habebat nec tunc
velle debuit: quod tñ ad augmẽtum
beatitudinis esse illi poterat. D
Palã est: quoniã aliter non potuit.
M Cernis vt puto: q² pl⁹ aliquid
q̃ʒ accepit inordinate volẽdo volun
tatem suã extra iusticiam extendit.
D Aperte nũc video q² peccauit
et volendo qđ non debuit ⁊ nolẽdo
qđ debuit: ⁊ palã est q² ideo non vo
luit plus q̃ʒ debuit q² noluit tenere iu
sticiã: h ideo iusticiã nõ tenuit q² ali
quid voluit qđ volẽdo illã deseruit:
sicut in auaro de nũmo ⁊ pane mon
strasti. M At cũ h voluit quod
de⁹ illũ velle nolebat: voluit inordi
nate similis esse deo. D Si de⁹
cogitari nõ põt nisi ita sol⁹ vt nihil
illi simile cogitari possit: quõ potuit
diabol⁹ velle qđ nõ potuit cogitare?
Non enim ita obtuse mentis erat: vt
nihil aliud simile deo cogitari posse
nesciret. M Etiã si voluit oĩno
par eẽ deo s̃m aliq̃d min⁹ deo: cõtra
volũtatẽ dei h voluit inordinate si
milis esse deo: q² ꝓpria voluntate q̃
nulli s̃bdita fuit voluit aliq̃d. Solt⁹
eñ dei esse debet sic volũtate ꝓpria
velle aliq̃d vt supiorẽ nõ sequat̃ vo
lũtatẽ. D Ita est. M Non
solũ aũt voluit esse eq̃lis deo: q² pśũ
psit hr̃e ꝓpriã voluntatẽ: s etiã ma
ior voluit esse volendo qđ deus illũ
velle nolebat q̃ñ volũtatẽ suã supra
volũtatẽ dei posuit. D Satis li
quet. M Iã tibi manifestũ esse
puto ex rõnib⁹ suprapositis diabolũ
sponte dimisisse velle qđ debebat: et
iuste amisisse qđ habebat: q² sponte
⁊ iĩuste voluit qđ nõ habebat ⁊ vel
le nõ debebat. D Nihil puto ma
nifesti⁹. M Cũis igit̃ bon⁹ an
gel⁹ ideo accepit pseuerãtiã q² deus
dedit: nõ ideo nõ accepit tñ mal⁹ an
gelus q² de⁹ nõ dedit: s de⁹ ideo nõ
dedit q² ille nõ accepit: ⁊ ideo nõ ac
cepit q² accipe noluit. D Mihi
quidẽ satis fecisti ad ea q̃ quero: vt
nec in his q̃ ꝓponis: nec in ipsa cõse
quẽtia cõclusionũ tuaꝝ nullã videã
sensu meo titubare veritatẽ.

Q² boni angeli ante casũ maloꝝ peccare potuerunt: Capi. V. Ma.

Utas ne bonos angelos sic
p potuisse peccare anteq̃ʒ mali
caderẽt? D Puto: Sed
rõne cõprehẽdere vellẽ. M Hoc
certũ habes: q² si nõ potuerũt pecca
re: nõ potestate sed necessitate serua
uerũt iusticiã: Quare nõ magis me
ruerũt gratiã a deo: q² steterunt aliis
cadẽtib⁹: q̃ʒ q² suauerũt rõnabilita
tẽ quã pdere nequerũt. Sed nec iusti
recte si bene cõsideres dicerent̃. D
Sic monstrat ratio.

Quõ boni cõfirmati sunt in suo statu: et mali in casu suo: Capi. VI. Ma.

Lli q̃ qui ceciderũt si nõ pec
i cassent cũ possent: tãto melio
res essent q̃ʒ isti: quãto ⁊ vere
eẽnt iusti: ⁊ gratiã a deo merent̃. Uñ
sequit̃: q² aut electi homĩes maiores
⁊ meliores erunt angelis bonis: aut
reprobi angeli pfecte nõ restaurabũ
tur: q̃ñ nõ tales erũt homĩes qui ꝓ
illis sumunt̃ quales illi futuri erant.
D Hec duo penit⁹ neganda existi
mo. M Poterãt igit̃ boni angeli
peccare ante casũ maloꝝ: nec aliter q̃ʒ
sicut ostẽsum ẽ de illis q̃ peccauerũt?
D Aliter esse posse nõ video. M
Illi itaq; angeli q̃ magis voluerunt
iusticiã quam habebãt q̃ʒ illud plus
qđ nõ habebãt: bonũ qđ q̃si ꝓpt̃ iu
sticiã q̃tũ ad volũtatẽ ptinuit pdi
derũt: iusticia retribuẽte acceperũt: ⁊
de illo qđ habebãt in vera securitate
pmãserũt. Quapropt̃ a deo sunt ꝑ
fecti vt sunt adepti quicq̃d potuerũt
velle: nec iã videãt qđ pl⁹ velle pos

sunt: ⁊ ꝑpter h̄ peccare nequeūt. Illi
v̄o angeli q̄ maluerūt illud plus q̄d
nondū de⁹ illis dare volebat q̄ȝ stare
ī iusticia in q̄ facti erāt: eadē iusticia
iudicāte: ⁊ illud ꝑpter q̄d illā ꝯtem
ꝑserūt: neq̄ȝ obtinuerūt: ⁊ q̄d tene/
bant bonū amiserūt. Sic ḡ distincti
sunt angeli vt adherētes iusticie nul/
lū velle bonū possint q̄ nō gaudeāt:
⁊ deserētes illā nullū velle qant quo
nō careāt. D Nihil pulchri⁹ aut
iustius hac distinctiōe. Sed si posses
dicere: vellē audire cuiusmodi cōmo
dū illud fuit: q̄d ⁊ boni angeli iuste
volēdo sic ꝑfecerūt: ⁊ mali iniuste cō
cupiscēdo sic defecerūt. M Quid
illud fuerit nō video: ꝫ quicq̄d fuerit
sufficit scire: q̄ꝛ fuit aliq̄d ad q̄d cresce
re potuerūt q̄d nō acceperūt qn̄ crea/
ti sūt: vt ad illud suo merito ꝑficerēt.

Questio an volūtas ⁊ ei⁹ cōuersio ad q̄d nō debet: sit ip̄m malū q̄d malos facit: ⁊ cur nō possit rōnalis creatura ꝑ se de malo conuerti ad bonū: sicut pōt de bono ad malū: Capi. VII. D

e Et nobis nūc sufficiat huc⁹q̄ȝ
de h̄ inuestigasse. Sed nescio
q̄d sit: vt cū me sperē ad finē
q̄stiōis iā ꝑtingere: tūc magis videā
velut de radicib⁹ succisaꝝ questionū
alias pullulātes cōsurgere. Ecce em̄
cū manifestissime videā ꝑuersū ange
lū nulla rōne deuenire potuisse ī im/
moderatā boni indigentiā: nō ꝑpter
īmoderatā cōcupiscētiā: nō parū me
mouet vnde ipsā inordinatā habuit
volūtatē. Si em̄ bona fuit ꝑpter bo
nā volūtatē: de tanto bono cecidit ī
tantū malū. Itē si bona fuit de⁹ illā
illi dedit: q̄ꝛ nō nisi nihil habuit a se.
Si ḡ voluit q̄d de⁹ dedit velle: quid
peccauit? Aut si a se habuit hanc vo/
lūtatē: habuit a se aliq̄d bonū q̄d nō
accepit. Q̄d si mala est ⁊ aliq̄d ē: ite/
rū occurrit: q̄ꝛ nō nisi a deo ē a q̄ om̄e
q̄d ē aliq̄d ē. Et silr̄ q̄ri pōt q̄d pecca
uit habēdo volūtatē quā de⁹ dedit:
aut quō potuit de⁹ dare malā volūta
tē? Si v̄o mala volūtas ab ipso dia/
bolo fuit ⁊ aliq̄d ē: habuit aliq̄d a se
⁊ non est oīs essentia bona nec malū
erit nihil: sicut solem⁹ dicere: siquidē
mala volūtas essentia est: aut si mala
volūtas nihil ē ꝑpter nihil: ⁊ iō sine
causa tā grauit̄ dānat⁹ ē. Q̄d aūt di
co de volūtate: hoc idē dici pōt de cō
cupiscētia siue desiderio: qm̄ ⁊ cōcu/
piscētia ⁊ desideriū volūtas est: ⁊ sic̄
est bona ⁊ mala volūtas: ita est ⁊ bo
na ⁊ mala cōcupiscētia ⁊ bonū ⁊ ma
lū desideriū. Q̄d si dicit̄: q̄ꝛ volūtas
est aliq̄ essentia: ⁊ ideo bonū ē aliq̄d:
ꝫ cōuersa ad h̄ q̄d debet velle fit bo/
na volūtas: ad id v̄o q̄d nō debet cō
uersa dī volūtas mala. Quicq̄d dixi
de volūtate video posse dici d̄ ip̄a cō
uersiōe volūtatis. Mouet em̄ multū
me vnde ipsā ꝑuersā habuit diabol⁹
volūtatis conuersionē: ⁊ cetera q̄ de
voluntate mō dixi. Est adhuc aliq̄d
q̄d valde miroꝛ cū ꝯsidero hāc volū
tatis ꝯuersionē: cur videlicet de⁹ ta/
lē fecerit illā naturā quā tanta excel
lētia sublimauerat: vt de eo q̄d debuit
velle: posse ꝯuertere volūtatē suā ad
id q̄d nō debuit: ꝫ de eo q̄d nō debet
nō possit ad id q̄d debet: cū magꝫ vi/
deat̄ potestatē debuisse talis creatu
ra a tali factoꝛe accipe faciēdi bonū
ad q̄d facta sit̄: q̄ȝ faciēdi malū ad q̄d
vitandū facta ē. Q̄d etiā in nr̄a na/
tura q̄ri pōt: qm̄ credim⁹ nullū hoīeꝝ
posse bonā volūtatē habere nisi dāte
deo: malā v̄o semꝑ habere posse sola
ꝑmissione dei.

Q̄ volūtas ei⁹ ⁊ cōuersio sit nō ip̄m malū: Ca. VIII. M

n Ec volūtatē nec volūtatis cō
uersionē puto negari posse ali
q̄d esse. Nā etsi nō sunt subē:
nō tn̄ ꝓbari pōt eas nō eē essentias:
qm̄ multe sunt essentie p̄ter illā q̄ ꝓ/
prie dicit̄ subā. Deniq̄ȝ bona nō ma/
gis est aliq̄d q̄ȝ mala volūtas: nec est
ista magꝫ malū q̄ȝ illa bonū. Nō em̄
magꝫ ē aliq̄d volūtas q̄ vult dare mi
sericoꝛdit̄ q̄ȝ illa q̄ vult rapē violēt̄:

nec magis hec malū q̄ȝ illa bonū est. Ergo si mala voluntas est ip̄m malū quo malus aliquis dicit̃: erit ⁊ bona volūtas ipsum bonū quo fit aliquis bonus: sed mala voluntas erit nihil si est ipsum malū quod credimus esse nihil. Bona igit̃ volūtas nihil erit: quoniā ipsa nō magis est aliquid q̄ȝ mala volūtas: Quare ipsum bonū qḋ bonos facit nō poterimus negare nihil esse: quoniā ip̄m est bona volū/tas que nihil erit. Sed falsū esse nul/lus ambigit bonā voluntē siue bonū ipsum esse nihil. Itaqȝ mala volun/tas non est ipsum malū qḋ malos fa/cit: sicut nec bona volūtas ē ipsū bo/nū qḋ bonos facit. Hoc ipsuȝ qḋ dixi de volūtate: pōt cōsiderari in cōuer/sione voluntatis. Non eñ magis est aliquid conuersio illa que conuertit volūtatē de rapina ad tribuendū: q̄ȝ illa q̄ cōuertit eandē volūtatē de lar/gitate ad auariciā: ⁊ cetera q̄ de volū/tate pauloante dixi. D Mihi qȝ idipsū videt̃ vt asseris. M Neqȝ ꝯ volūtas mala neqȝ praua volūtatꝭ cōuersio: est ipsum malū q̄ angel⁹ vel homo fit malus: qḋ nihil esse dicim⁹: nec bona volūtas: nec bona volūta/tis cōuersio est bonū quo boni fiūt.

Quod iniusticia sit ipsum ma/lū: ⁊ sit nihil: Ca. IX. D

Quid ergo dicemus ipsum ma/
q lū quod malos facit: ⁊ quid
ipsum bonū quod bonos fa/cit. M Justiciā credere dicimus ipsum bonū quo fiunt boni: id est iu/sti: ⁊ angeli ⁊ homīes: ⁊ quo ipsa vo/luntas bona siue iusta dicit̃. Iniusti/ciā xͦo ipsuȝ malum esse: quod nihil aliud dicimus esse q̄ȝ boni priuatio/nem qḋ malos ⁊ malā voluntatē fa/cit: ⁊ ideo eandē iniusticiā nō aliud esse asserimus q̄ȝ priuationē iusticie. Credita eñ voluntas primū data ra/tionali nature: ⁊ simul in ipsa datiōe ab ipso datore cōuersa: imo nō con/uersa sed facta recta ad hoc qḋ velle debuit: stetit in ipsa rectitudine quā dicimus veritatē siue iusticiā in qua facta fuit iusta fuit. Cum xͦo auertit se ab eo qḋ debuit: ⁊ cōuertit se ad id qḋ non debuit: non stetit in originali (vt ita dicā) rectitudine in q̄ facta ē: quā cum deseruit magnū aliq̄d pdi/dit: ⁊ nihil p ea nisi priuationē eius q̄ nullā habet essentiam quā iniusti/ciam nominam⁹ suscepit.

Quomō malū videat̃ esse aliquid: Capi. X. D

Quod dicis malū esse priuati/
q onē boni: cōcedo: sed nihilo/
minus video bonū priuatio/nem esse mali. Et sicut pcipio in pua/tione mali aliquid aliud fieri qḋ bo/nū dicimus: ita animaduerto in pri/uatiōe boni aliquid aliud fieri quod malū dicimus. Quapropter licȝ qui/busdam argumentis malū nihil esse probet̃: vt quoniā malū non nisi vi/tiū aut corruptio est: que nullo modo sunt nisi in aliqua essentia: ⁊ quanto magis ibi sūt tāto magꝭ illā redigūt ī nihilū: ⁊ si eadē essentia oīno deue/niat ad nihil: vitiū q̄ȝ ⁊ corruptio in/ueniūt̃ nihil: licȝ inqȝ sic: aut alio mō probet̃ nihil esse malū: nō potest mi/nus mens nisi sola fide acquiescere: si non illud mihi auferat̃ qḋ mihi etiā probat malum non nisi aliquid esse. Nā cū audit̃ nomē mali: frustra hor/rent corda nostra: quod in huius no/minis significatiōe intelligūt: si nihil significet̃ hoc nomīe. Item si vox hec scȝ malum nomē est: vtiqȝ significatū est: Si aūt significatū ē significat: sed non nisi aliquid significat. Quomō ergo malū est nihil si qḋ significat no/mine eius est aliquid. Deniqȝ cū ma/nente iusticia tanta videat̃ trāquil/litas: tanta quies vt in multis nihil aliud videatur iusticia: q̄ȝ quiescere a malo: sicut est castitas: patiētia: rece/dente aūt iusticia tā diuersus tam la/boriosus tāqȝ multiplex occupet ani/mū affect⁹: qui velut crudelis domi/nus miserū homūculū cogat tot tur/pium ⁊ laboriosorū operū sollicitum

esse: ⁊ ipis operibus tã grauit̃ labo/
rare: mirum est si poterit ostẽdi nihil
hec oĩa opari. M Puto q̃r non
ita es insan⁹ vt dicas nihil esse aliq̃d:
cũ tñ non possis negare nihil esse no/
mẽ. Quapropt̃ si nihil põt pbari ali
q̃d esse p nomẽ nihili: quõ estimas te
pbare esse malũ aliq̃d p nomẽ mali?
D Nihil agit exẽplũ qd̃ litẽ lite re/
soluit. Nã ⁊ hocipm nihil: nescio q̃d
sit. Quapropt̃ qm̃ questio ẽ de malo
ĩ manib⁹ qd̃ dicis esse nihil: si vis me
docere q̃d sit malũ: doce me pus q̃d
intelligã esse nihil: deinde ad alia q̃b⁹
preter nomẽ mali me dixi: me mouerĩ
de eo vt aliq̃d esse videat̃: rñdebis.
M Cũ nequaq̃ differãt nihil esse:
⁊ nõ aliq̃d eẽ: quõ dici põt q̃d sit qd̃
nõ est aliq̃d? D Si nõ est aliquid
qd̃ hoc noĩe significat̃: non significat
aliq̃d. Si ṽo nõ significat aliq̃d nõ
est nomẽ ꝫ vtiq̃ nomẽ est: q̃q̃ igit̃
null⁹ dicat nihil esse aliq̃d: ꝫ semp ni/
hil esse cogamur fateri nihil. Nemo
põt nomẽ nihili significatũ esse diffi/
teri. Verũ si hocipm nomẽ nõ signifi
cat nihil ꝫ aliq̃d: id qd̃ significat̃ vi/
det̃ nõ posse esse nihil ꝫ mag̃ aliq̃d.
Si g̃ qd̃ significat̃ nõ ẽ nihil ꝫ aliq̃d:
q̃liter verũ erit vt significet̃ p h̃ nomẽ
qd̃ ẽ nihil? Quippe si ṽe nihil dicit̃:
vere nihil ẽ: ⁊ idcirco nõ est aliquid.
Quare si qd̃ significat̃ h̃ noĩe: nõ est
nihil ꝫ aliq̃d: queadmodũ consequẽ/
tia videt̃ ostendere: false ⁊ incõgrue
vocat̃ h̃ noĩe. At ecõtra si ꝫm iudi/
ciũ om̃e id qd̃ noĩat̃ nihil vere ẽ ni/
hil: ⁊ nequaq̃ ẽ aliq̃d: vsq̃ ne videt̃
aliq̃d ꝯsequẽti⁹ q̃ vt hocipm nomẽ
nihil significet id nõ significet aliq̃d?
Quid itaq̃ ẽ: q̃r h̃ nomẽ videlicꝫ nõ
significat nihil ꝫ aliq̃d: ⁊ nõ signifi/
cat aliq̃d ꝫ nihil? M Forsitan nõ
repugnãt significare nihil ⁊ aliquid.
D Si nõ repugnãt: aut ista vox di
uersa ꝯsideratiõe significat nihil aut
aliq̃d: aut inueniẽda res est aliq̃ que
sit aliq̃d ⁊ nihil. M Quid si vtrũ/
q̃ inueniri põt: ⁊ diuersa scꝫ significa/
tiõis ꝯsideratio in h̃ nomĩe: ⁊ eandẽ

rem esse aliq̃d ⁊ nihil? D Utrũq̃
vellẽ cognoscere. M Cõstat qm̃
hec vox scꝫ nihil q̃tũ ad significatiõẽ
nullaten⁹ differt ab eo qd̃ dico nõ ali
q̃d. Nihil q̃ꝫ hoc apti⁹ q̃ qd̃ h̃ vox
scꝫ nõ aliq̃d: oẽm rẽ penit⁹ ⁊ om̃e qd̃
est aliquid intellectu remouẽdũ: nec
oĩno vllã rem: aut penit⁹ qd̃ aliq̃d sit
intellectu retinendũ sua significatiõe
cõstituit: ꝫ qm̃ remotio alicui⁹ rei si/
gnificari nullaten⁹ põt nisi cũ signifi/
catiõe ei⁹ ipi⁹ cui⁹ significat̃ remotio.
Null⁹ eñ intelligit q̃d significet nõ
hõ: nisi ĩtelligẽdo q̃d sit hõ: necesse ẽ
vt h̃ vox q̃ est nõ aliq̃d destruẽdo: id
qd̃ ẽ aliq̃d significet aliq̃d. Qm̃ ṽo
auferẽdo om̃e qd̃ ẽ aliq̃d: nullã signi
ficat essentiã quã ĩ audiẽt̃ intellectu
retinendã ꝯstituat: idcirco nõ aliq̃d
vox nullã rẽ aut qd̃ sit aliq̃d signifi/
cat. Igit̃ h̃ vox nõ aliq̃d his diuersis
rõnib⁹ aliq̃ten⁹ significat rẽ: ⁊ aliq̃d:
⁊ nullaten⁹ significat rem aut aliq̃d:
significat eñ remouendo ⁊ nõ signi/
ficat constituẽdo. Hac ratione nihil
nomẽ qd̃ pimit om̃e qd̃ est aliquid: ⁊
destruẽdo nõ significat nihil ꝫ aliq̃d:
⁊ cõstituẽdo nõ significat aliq̃d ꝫ ni/
hil. Quapropt̃ nõ est necesse nihil eẽ
aliq̃d: ideo q̃r nomẽ significet aliq̃d
quolibet mõ: ꝫ poti⁹ necesse ẽ nihil eẽ
nihil: q̃r nomẽ ei⁹ significat h̃ mõ ali/
q̃d. Hoc itaq̃ mõ nõ repugnat malũ
nihil eẽ ⁊ mali nomẽ esse significatũ:
ꝫ sic aliq̃d pimẽdo significat vt nul/
lius rei sit cõstitutiuũ.

Quõ malũ ⁊ nihil nõ pos/ sint pbari p nomen suũ ali/ q̃d eẽ ꝫ q̃si aliq̃d: Ca. XI. D

N Equeo negare nomẽ nihili ꝫꝫ
pdictã a te rõnem: aliquo mõ
significare aliq̃d: ꝫ satis notũ
est q̃r illud aliq̃d qd̃ isto mõ h̃ noĩe
significat̃ nõ noĩat̃ nihil: nec cũ au/
dim⁹ hoc nomẽ: accipim⁹ illud p illa
re quã ita significat. Illud igit̃ q̃ro
p quo h̃ nomẽ ponit̃: ⁊ q̃d intelligi/
m⁹ cũ ipm audim⁹: illud inq̃ quero
q̃d sit. Illud eñ h̃ noĩe pprie signifi/

cat ⁊ idcirco nomē est: q᷑ eius signi/
ficatū ē: nō q᷑ supra dicto mō negā/
do significat aliq̄d: ei⁹ quippe nomē
est ꝑ cui⁹ significatiōe inť nomīa cō/
putať: ⁊ illud vocať nihil. Jllud q̄ro
quō sit aliq̄d si proprie vocať nihil:
aut qualiter sit nihil: si nomē signifi/
catū significat nihil: aut quō idem sit
aliq̄d ⁊ nihil? Jllud idē q̄ro de noīe
mali: ⁊ de eo q̄d significat: ⁊ qō malū
nomīať. M Recte queris: quia
licꝫ suprapoſita rōne malū ⁊ nihil si/
gnificēt aliq̄d: tñ q̄d significať malū
nō est aut nihil: sed ⁊ alia rō q̄ signi/
ficant aliq̄d: ⁊ q̄d significať ē aliq̄d:
sed non vere est aliq̄d: sed q̄si aliq̄d.
Multa quidē dicunť ſm formā que
non sunt ſm rem: vt timere ſm for/
mā vocis diciť actiuū: cū sit passiuū
ſm rē. Jta q̄ꝫ cecitas diciť aliq̄d ſm
formā loquēdi cū nō sit aliq̄d ſm rē.
Sicut eñ de aliquo dicim⁹: q᷑ visū
habet ⁊ visus est in eo: ita dicim⁹ q᷑
habet cecitatē ⁊ cecitas est in eo: cū h̄
nō sit aliq̄d: sed poti⁹ nō aliq̄d: ⁊ hāc
hr̄e nō sit habere aliq̄d: īmo carere eo
ꝙ est aliq̄d. Cecitas nāq̄ꝫ nō ē aliud
q̄ꝫ non visus: aut absentia visus vbi
visus debet esse: nō visus vel absen/
tia visus nō magis est aliq̄d vbi vis⁹
debet esse q̄ꝫ vbi nō debet esse. Qua/
re cecitas nō magis est in oculo aliq̄d
q᷑ ibi debet esse visus: q̄ꝫ nō visus vľ
absentia visus ī lapide vbi nō debet
esse visus. Multa quoq̄ꝫ alia silr̄ di/
cunť aliq̄d ſm formā loquēdi q̄ non
sunt aliq̄d: q̄m sic loquimur de illis
sicut de rebus existētibus. Hoc ergo
mō malū ⁊ nihil significant aliquid:
⁊ qō significat est aliq̄d non ſm rem
sed ſm formā loquēdi. Nihil eñ nō
aliud significat q̄ꝫ non aliq̄d: aut ab/
sentiā eorum que sunt aliq̄d: ⁊ malū
nō est aliud q̄ꝫ nō bonū: aut absentia
boni vbi dꝫ ⁊ expedit eē bonū. Q̄d
autē non est aliud q̄ꝫ absentia ei⁹ q̄d
est aliq̄d: vtiq̄ꝫ non est aliq̄d. Malum
igiť vere est nihil: ⁊ nihil nō est aliq̄d:
⁊ tamē quodāmodo sunt aliq̄d: quia
sic loquimur de his quasi sint aliq̄d:

enim dicim⁹: nihil vel malū fecit: aut
nihil aut malū est quod fecit: sicut di/
cim⁹: aliq̄d vel bonū fecit: aut aliq̄d
vel bonum est quod fecit. Hinc est ꝙ
cum negamus oīno esse aliq̄d quod
dicit aliquis: ita dicimus: hoc q̄d di/
cis nihil est. Nā ⁊ hoc q̄d ꝓprie non
diciť. nō de eo q̄d est aliq̄d diciť: ⁊ cū
ita diciť sicut modo dixi: nō diciť eo
ꝙ sit aliq̄d sed quasi aliq̄d diciť. D
De ratiōe nominis mali qua me pu/
tabā posse probare malū esse aliq̄d:
satisfecisti.

Q̄ angel⁹ a se nō potuit ha bere volūtatē ꝑmā: ⁊ ꝙ multa dicunť posse aliena pote/ state ⁊ nō posse aliena impo tentia: Capi. XII.

r Estat nūc vt me ad alia q̄ mi/
hi malū esse aliq̄d ꝑsuadere
nituntť: q̇d respōdere valeā:
edoceas. M At veritatem rei
enodare possim⁹ lōge aliquātulū ex/
ordiri nos oportet: sed ⁊ op⁹ ē vt tu
ea que dicam non sis cōtentus singu
la tantū intelligere: sed oīa simul me/
moria quasi sub vno intuitu collige/
re. D Ego quidem intentus ero
quātū potero: verūtamē si in aliquo
tardior q̄ꝫ velis extitero: nō te me ex/
pectare pigeat ꝓut videris tardita/
tem meā expetere. M Ponam⁹
ergo deū nunc facere angelū quē ve/
lit facere beatū: ⁊ non simul totū sed
ꝑ partes: ⁊ hactenus iam esse factum
vt iam sit aptus ad habendā volūta
tem: ſ nōdū velit aliq̄d. D Po/
ne q̄d vis: ⁊ expone q̄d quero. M
An ergo putas ꝙ ipse angelus per se
possit velle aliq̄d? D Non bene
video q̄d dicis per se. Q̄d enim sicut
supra iam dixisti de omī creatura: ni/
hil habet q̄d nō accepit: nihil potest
ꝑ se. Per se dico per hoc q̄d iam ha/
bet: vt qui habet pedes: ⁊ que suffici/
ant ad potentiā ambulandi pōt am/
bulare ꝑ se: q̄ autē hꝫ pedes ⁊ nō ha/
bet incolumitatē pedū nō pōt ambu
lare ꝑ se. Hoc itaq̄ꝫ mō quero an ille

angelus qui iam aptus est ad volen/
dum ⁊ nōdum quicq̄ vult: possit per
se velle aliq̄d? D Puto quia pōt
si aliquā do vult. M Nō respō/
des ad interrogationē meam. D
Quomō? M Ego quero de ni/
hil volente ⁊ de potestate que ꝓcedit
rem: ⁊ tu respōdes de volūtate ⁊ po/
testate que fit cū re. Nā omē qđ ē eo
ipo quo est: potest esse: Non aūt omē
qđ est potuit esse anteq̄ esset. Cum ꝰ
quero vtrū ille qui nihil vult possit
velle: quero potestatē ante volūtatē
qua se possit mouere ad volūtatem?
Tu ꝟo cū respondes: qꝛ si vult pōt:
dicis potestatē que fit cum ipsa volū/
tate. Necesse enim ē si vult: vt possit
velle. D Scio duas esse potesta/
tes: vnā que nondū est in re: alteram
que iam est ī re. Sed ⁊ hoc nō possū
nescire: quia quicq̄d ita potest esse vt
iā sit si aliquādo nō fuit potuit ꝓus
esse. Si eñ non potuisset: nunq̄ eēt.
Bene ergo estimo me respondisse: qꝛ
qui ideo potest velle qꝛ iam vult: ne/
cesse est eū prius potuisse q̄ vellet.
M Putas quia qđ nihil est: oīno
nihil habet: ⁊ ideo nullā habet po/
testatem: ⁊ sine potestate oīno nihil
potest? D Hoc nō possum negare.
M Estimo: qꝛ mundus anteq̄ fie/
ret nihil erat. D Uerum dicis.
M Ergo oīno nihil potuit anteq̄
esset. D Ita sequit᷑. M Nō
ergo potuit esse anteq̄ esset. D Et
ego dico: Si non potuit esse: impossi/
bile fuit vt esset aliquādo. M Et
possibile ⁊ impossibile erat anteq̄
eēt: ⁊ quidē in cuiꝰ potestate nō erat
vt esset erat impossibile: ꝫ deo in cuiꝰ
potestate erat vt fieret possibile erat.
Quia ergo deus mūdū facere pote/
rat ꝓus q̄ fieret: ideo est mūdus: non
quia ipse mūdus ꝓus potuit esset.
D Rationi nō possum ꝯtradicere:
sed vsus loquendi non consentit.
M Non est mirum: Multa namq̄
in cōmuni locutione dicunt᷑ impro/
prie: sed tamē oportet medullā veri/
tatis inquirere: necesse ē improprie/
tatē pturbantem quātum res expetit
et possibile est secernere. Ex qua im/
proprietate loquēdi fit vt sepissime
dicamus rem posse: nō qđ illa possit:
sed quoniā alia res potest: ⁊ rem que
potest nō posse: quoniā alia res non
potest: vt si dico: liber pōt a me scri/
bi: vtiq̄ liber nihil pōt: sed ego possū
scribere librum: Et cū dicimꝰ: iste nō
potest vinci ab illo: non aliud intel/
ligimꝰ q̄ ille non potest vincere istū.
Hinc est qđ dicimus deū non posse
aliq̄d sibi aduersum aut peruersum:
quoniā sic est potēs in beatitudine ⁊
iusticia: imo quoniā beatitudo ⁊ iu/
sticia non sunt in illo diuersa sed vnū
bonum: sic est omnipotens in simpli/
ci bono: vt nulla res possit qđ noceat
summo bono: Ideo nō potest corrū/
pi vel mentiri. Ita ergo quicq̄d non
est: anteq̄ est sua potestate esse nō po
test: sed si potest alia res facere vt sit:
hoc mō aliena potestate potest esse.
Quis autem pluribus modis diuidi
possit potētia vel impotētia: hoc tm̄
nūc tibi sufficiat: quia multa dicunt᷑
posse non sua sed aliena potestate: et
multa non posse nō sua sed aliena im
potentia. De ꝓpria igit᷑ potestate lo
quor cum quero de angelo quem no/
uum posuimus fieri: ⁊ hactenus iam
dei ex illa incorporaret. Hic se ſb/crigat intētio mentis hūane: ⁊ pro poſſe paucis intendat: q̃ꝫtipenderit omnipotens deus merita huius beatiſſime virginis. Intendat inq̃ꝫ ⁊ contempletur: videat ⁊ admiretur: vnum filium ſibi conſubſtātialem: coeternum: omnipotentem ex ſua natura ſine initio deus pater genuit: ⁊ per eum om̄es creaturas viſibiles ⁊ inuiſibiles ex nihilo fecit. Hunc igiť ſibi tam vnicum q̃ꝫ dilectiſſimuꝫ: ⁊ in omnibus omnino equalem: nō paſſus eſt remanere ſolummodo ſuum: ſed eundem ipſum voluit in rei veritate eſſe beate marie vnicum ⁊ dilectiſſimum ⁊ naturalem filium: nec ita vt duo eſſent: vnus videlicet filius dei: alius filiꝰ ſancte marie virginis: ſed vnus idem ipſe qui filiꝰ dei in vna perſona eſſet filiꝰ ſancte marie virginis: ⁊ qui filiꝰ ſancte marie vnꝰ ⁊ idem ipſe eſſet in vna perſona filius dei. Quis hec audiens nō obſtupeſcet: ⁊ ꝙ deus tale quid velle potuerit: non vltra omne quod dici poteſt admirabile ducat? Puella de propagine adā nata: de peccatrici progenie orta: ſubito verſa vice: maledictionis eue: benedicta predicatur ſuper omnes mulieres ⁊ cōcipit ⁊ parturit ⁊ parit hoīem deum: omnes preuaricationes ꝑpulſaturum: eoſꝙ qui ſibi obtemperarēt: in celeſti ſuo regno ſibi coheredes conſtituturum.

De amore virginis ad filium: Capitulum IIII.

Quam mirabilis natura et ineffabilis affectus amoris cōſiderari queat inter hūc talem tante matris filium: ⁊ hanc talem tāti filij matrem: perpendāt hi ſaltem quoquo modo qui vnico dilectionis feruore ſeſe altrinſecus amant: mater ſcilicet filium et filius matrē. Perpendat inq̃ꝫ aliqua bona mať quo affectu teneať circa vnicū ⁊ bonū filiū ſuū: ⁊ bonus filiꝰ ſibi mō ꝑpendat q̃ pietate moueatur erga bonam ⁊ dilectiſſimam ac dulciſſimam ſuam matrē: ⁊ aliquatenus temptet ſiquo modo in ſe coniectare valeant amorē huius bone matris erga vere bonum ⁊ vnicum filium ſuum: ⁊ iſtiꝰ boni filij erga vere bonam ⁊ dulciſſimam matrem ſuam. Equidem om̄es homines ex cōiunctione duarum perſonarum: hoc eſt maris ⁊ femine procreanť: ⁊ amorem ſuum vtriꝙ perſone: id eſt patri ⁊ matri naturaliť debent qui ſic generanť: ipſumꝙ nihilominus amorem ſuum parentes ambo qui eos genuerunt. Cum aūt amorem quem pater ⁊ mater ſinguli debēt filio ſuo: debet hec feliciſſima matrū ſola filio ſuo: amoreꝫ etiā quē debet quilibet filius ſimul ſuo patri ⁊ matri: ille filius vere virginis ſue debet ſoli matri. Nam ſicut alij filij naſcuntur ex patre ⁊ matre: ita filius eius natus eſt ex ea ſola matre. Excedit itaꝙ omnes amores parentū in filios: aut filiorum in parentes amor iſtius matris in filium ſuuꝫ: ⁊ iſtiꝰ filij in matrē ſuā: Et hec ita ſe habent iuxta rationem filiationis que facta probatur extra legeꝫ humane procreationis. Alio quoꝙ modo ſi placet amorem huius filij ⁊ huius matris perſcrutemur: ⁊ q̃ꝫtum inde nobis conceſſum ꝑ ut poſſumus ſpeculemur. Certe q̃ generat eſt temporaliter nata: qui generatur deus eſt per quē omnia tempora ſūt ⁊ ipſamet virgo creata. Oſtendit ergo ipſe prius amorem quē habebat erga matrē virginem ⁊ amorem quo nullum putemus eſſe poſſe maiorem: matreꝫ ſuā fecit illā: ⁊ virginitatē illi nō ademit. Equidem hec duo ipſa iocundius amabat: ſcilicet virginitatē ⁊ fecunditatē: Virginitatem:

quia hanc placere deo per omnia
intelligebat fecunditatē: quia sine
hac maledictū legis que adhuc car
naliter custodiebatur: incurrere me/
tuebat. Uicit tñ amor ī ea seruādꝫ
ỽginitatis: ⁊ exclusit ab ea timorē
incurrende maledictionis. Uirgo
itaqꝫ ⁊ tenera ⁊ delicata: regali stir
pe progenita ⁊ speciosissima totam
intentionē suam: totū amorem su/
um: totum studium suum ad hoc in
tendit: vt corpus ⁊ animaꝫ suam
deo virginitate perpetua consecra
ret. Sciebat enim ꝙ q̄ꝫto sanctius
eam seruaret: tāto sublimius ei qui
omnium castissimus: immo qui ip/
sa castitas est: appropīquaret. Am
plectendo igitur quod acceptabi/
lius domino esse cognouit: legem
superauit spreuitqꝫ maledictū da/
te legis: ⁊ credidit: reputans secuꝫ
illum cui placere querebat tāte bo
nitatis ⁊ tante sapientie: vt ante
se vel de se tutum concilium ne q̄d
peccati in istis sbiret: inueniret: nec
decepta est. Quis enim sperauit in
domino ⁊ derelictꝰ est ab eo? Deni/
qꝫ vbi tam sanctam intentionē eiꝰ:
tam castum propositum eius: tam
firmam fidem: constantem spem ⁊
indeficientem vidit charitateꝫ eiꝰ:
misericordie sue intuitu egit circa
illam: vt nec sanctitas intentionis
eius frustraretur: nec castitas pro/
positi eius violaretur: ne aut sanitas
fidei infirmata: a spei ꝯstantia titu
baret: aut charitatis in ea plenitu/
do deficeret: Dedit ꝗ illi vt ⁊ ỽgo
qđ magis optabat ꝑmaneret: ⁊ vt
nemo illā a maledicto legis liber/
rimā dubitaret: fecunda fieret. Et
vnde fecunda? de illo sine quo om
nis fecunditas in sterilitatem con/
uertitur: ⁊ igni cōsumenda succidi
tur. Et reuera dignum fuit: vt eo
in virgine superueniente illa fecun
daretur: que paritura erat deum ꝑ
quē totus mūdus saluaretur. Quid
ergo hic dicemꝰ? Est ne putatis vl/
la mēs hominis que modū huius
dilectionis quam deus ad hāc vir/
ginē habuit queat penetrare: quan
do ⁊ illi quod charius amabat sic
integre seruabat: vt eaꝫ tam digne
⁊ caste fecundatam: suiipsius ma/
trem fecit? Potest ne queso vllus
hominū aut angelorū istius amo/
ris immensitatem penetrare: vel di
gnitati honoris illiꝰ quicq̄ꝫ vel co/
gitatu ꝑcipere cōparabile? Erigite
obsecro frēs mei: erigite aciē mētis
vr̄e ad ꝯtēplandū tāmirā diuine
operatiōis dignationē ⁊ tā ineffa/
bilē ⁊ stupendā oī seculo huiꝰ mu/
lieris gr̄am ⁊ exaltationē. Et tu o
btīssima feminarū in quā fluxit tā
copiosa ⁊ superemīnēs gratia om/
nium gratiarꝫ: q̄d eñ animi queso
gerebas ad eū qui tibi hec magna
fecit? Unde sicut ip̄a dixisti: iam ab
omni generatiōe beata dici merui/
sti: Uere magnificauit aīa tua do/
minum: ⁊ spiritus tuus exultauit
in deo salutari ipsiꝰ. Salutare mi/
rabile: quod non solum domina te
inestimabili salute sublimauit: sed
⁊ totum mūdum peccatorum vul/
neribus putridum: ex te prodiens
mirabili dispensatiōe sanauit. Ue/
rum dum illum qui sibi hec miran/
da fecit paruulum inter manus su/
as versari: ⁊ ad vbera sua pēdere:
⁊ ad parui ⁊ teneri corporis lesio/
nes paruulorum more vagire con/
spiceret: quo precor affectu piissi/
mus eius animus mouebatur: quo
ve studio ad occurrendum cūctis
q̄ incommoda illi fore timebat pa/
rabatur castissimum corpus eius?
Deus fili huius felicissime matris:
qui es virtꝰ ⁊ vera sapientia sum/
mi patris: oramus te quatenus ip/
sa misericordia qua factꝰ es homo
pro nobis: insinuare digneris cor/
dibus nostris: quo animo: qua co/
gitatione ferebatur hec dulcissima
tua mater: cum te inq̄ꝫ talem ac tā/
tillum in brachijs suis exultans et

leta teneret: cū tibi infantulo dulcibus osculis ⁊ frequentibus congauderet: cum te lachrymātem sup genua sua quibus poterat modulis consolaretur: cum deniqꝫ alijs ⁊ alijs studijs ad q̄ ipsam materna pietas informabat: tibi pro qualitatū vicissitudinibꝰ sedula blandiretur? Doce inqꝫ nos vl' paululum mente percipere affectū ipsum quo replebatur cor illius: vt si eum peccatorum nostrorū squaloribus obruti: q̄ꝫtus fuerit plene nō meremur contingere: saltem pauca mereamur in nostris erūnis aliquatenꝰ respirare. Nec putetur ab aliquo contemnendum: vel parum quid sentire quēlibet ī se de affectu illiꝰ matris in filiū suū: Nullo siquidē modo crediderim ꝙ is q̄ ad eū intelligēdū ꝓuehi meruerit: ab amoris eius dulcedine extraneꝰ vsque quaqꝫ existere possit. Qui autē in dilectiōis suauitatem transit: nullo pacto desidēdum quin ⁊ in retributionis eius participium transiturus sit. Quā vero retributionē sui amoris sit adepta: tota christianitas nouit: que illam super oīes celos exaltatam: ⁊ angelicis choris prelatam certissime credit. Eia fratres q̄ꝫtum possumus enitamur aliquo modo affectum illius tam bone matris agnoscere: ⁊ in nobis saltem rei magnitudini succumbēdo degustare: quo ipsiꝰ meritis adiuuari ⁊ dilectionis eius salutari recreari: ⁊ aliqua future consolationis mereamur remuneratiōe sublimari. Quicunqꝫ igit̃ aliquē sincero ⁊ dulci dilectionis affectu diligit: omnia commoda ⁊ iocunda ei succedere cupit: illius ī cōmodis si que acciderint mestꝰ ingemit: voluat ⁊ reuoluat hunc suum affectuꝫ apud se et cogitet quid sibi esset: si adhuc quē fingere multiplicatꝰ in se sedem maior existeret. Que cuꝫ fecerit ⁊ hunc suum amorem q̄ꝫtūcunqꝫ intellectu suo magnificatum amori illius pijssime matris domine nostre: in deum filium suum aliquatenus comparari posse putauerit: nescio vtrum audiēdus in hac sua estimatiōe: Nec miruꝫ: ipse eñ spiritus dei: ipse amor omnipotentis patris ⁊ filij: ipse per quē ⁊ in q̄ amatur omne quod bene amatur: Ipse inqꝫ corporaliter: vt bene dicam: venit in eam: singulariqꝫ gratia pre omnibus que creata sunt: siue in celo: siue in terra requieuit in ea: ⁊ reginam ac imperatricem celi ⁊ terre ⁊ omniū que in eis sunt fecit eam: ⁊ alicui bono ad tempus debriato in animum cadet se q̄cq̄ꝫ amoris habere qđ illi amori queat cōparabile estimari: quē hec beatissima matrū ad ipm habebat a q̄ se tā ineffabili dignitate sublimatā intelligebat. Superat ergo omnes omnium rerum creatarum amores et dulcedines magnitudo amoris istius virginis in filium suum: et dulcedinis immensitas qua exultabat ⁊ liquefiebat anima eius in eundem dominum deum suum. Itaqꝫ cui saltem ita cōcessum fuerit sepe dulci studio posse cogitare de illa: magnum promerende salutis indicium esse cōiecto. Sed quid dicā? Si tantꝰ fuit amor eiꝰ et vere maior erga hūc dilectissimum filium suum: quo queso vl' quali gaudio replebat̃ tota substātia eiꝰ: qñ eū quē tātopere diligebat: quē creatorem ac dominatorem omnium rex esse sciebat: secum egentem: secum edentem: se quecunqꝫ nosse volebat dulci affatu docentem haberet quid caperet.

De compassione beatę marię virginis ꝓ filio crucifixo: Capitulum V.

c Um ergo tanta dilectione: tanta exultatiōe beata dei genitrix ex presentia illius

⁊ ꝯuersatiōe foret iocūdata: ꝑpen/
dat q̄ pōt q̄bus dolorib⁹: q̄bus ge/
mitibus: quibus suspirijs cruciaba
tur: quādo eum a se crudelium ma
nibus auelli: quando ad condem/
nandum eum tradi: quādo ad ib/
eundū mortē iudicio iudicis iniq̄
tribunali conspiceret sisti. Forte ta
men inter hec ei poterat esse vt mo
re loquar humano aliqua spei cō/
solatio de euasione illius: dum sen/
tentiam mortis eius pendere con/
spiceret: audiretq̄ꝫ sub altercatiōe
presidis ipsum liberare querentis:
Corripiam ergo cum ⁊ dimittā: ⁊
iudeorū pessime plebis ne libera/
retur: regnum cesaris contra presi/
dentē appellātis. Uerum dum ꝓ/
lata certa sentētia mortis illi⁹ om/
nis eam spes euadēdi desereret: eū
qꝫ crucem in qua suspendi debe/
bat: humeris vsqꝫ ad locū sue pas/
sionis subuehere conspiceret geme
bunda: Est ne precor aliquis qui
queat percipere qualitatem pecto/
ris eius? Adiect⁹ est his doloribus
ei⁹ dolor alius: Petrus ⁊ alij disci
puli ei⁹: de nihili in apostolatū ele/
cti: ⁊ iam in tante celsitudinē vir/
tutis vt iam demonibus impera/
rent erecti: nec non secretorum illi/
us conscij et familiares in cunctis
effecti: instante hora traditionis
eius fugam ineunt: et eum pro quo
se mortem paulo ante subituros ꝓ/
miserant: obliti tantorum bonorū
sponsionisqꝫ sue: solum ipsa cōside
rante relinquunt. Unde ipsum ad
passionem omnibus amicis destitu
tum tendentem: hac voce sequeba
tur gemēs: Uadis propitiator ad
immolādū pro omnibus: non tibi
occurrit petr⁹ q̄ dixit: Pro te mo/
riar: Reliquit te thomas q̄ ait: Ea/
mus ⁊ moriamur cum eo omnes: ⁊
nullus ex his nisi tu solus duceris:
qui me castam ꝯseruasti filius me⁹
et deus meus. Uerū hec verba ex

magne pietatis fonte producta: ita
paucis ad hec commemorasse suf/
ficiat: vt ea oculus pietatis atten/
dens dum tante matris gemebun/
dis affectibus compatit̄: pij amo/
ris illius fructu remūerari aliquā/
do mercatur. Sed cum ad ipsam
eius passionem ventum fuisset: et
ipse cruci affixus: hinc ipsā matrē
suam: hinc discipulū quē diligebat
prope astātes intuitus esset: ne ma
trem penitus orbatam relinque/
ret: ei presentem discipulū suo lo/
co in filium surrogauit: Mulier in/
quit ecce filius tu⁹. O commutatio
pro eterno et incommutabili deo:
purum ⁊ corruptibilem hominem:
pro naturali et vnico filio: seruum
accepit in filiū. O domīa q̄ precor
in te sibi succedebant: cum tam in/
estimabilem commutationē ab ip̄o
quē super omnia diligebas tibi fie
ri audiebas? Uere pertransiuit ani
mam tuam gladius doloris: qui ti/
bi amarior fuit omnibus dolorib⁹
cuiuisuis passiōis corporee. Quic/
quid eñ crudelitatis inflictum est
corporibus martyrū leue fuit aut
potius nihil comparatione tue pas
sionis: que nimirum sua immen/
sitate transfixit cuncta penetralia
tua: tuiqꝫ benignissimi cordis inti/
ma. Et vtiqꝫ pia dñā nō crediderī
te potuisse vllo pacto stimłos tāti
cruciat⁹ quin vitam amitteres su/
stinere: nisi ipse spiritus vite: spiri/
tus consolationis: spiritus scilicet
dulcissimi tui filij pro quo morien/
te conquerebaris: tantopere tor/
quebaris: te confortaret: te conso/
laretur: te intus doceret non esse
mortem eum absumentem: sed ma/
gis triumphū omnia ei subijcientē:
quod in ipso fieri coram moribun/
do videbas. Mortuus est tamen ⁊
ab ocłis tuis te spectāte sepulchro
reclusus: Cetera silētio premo: pe/
nitus ignorans vbi vel vnde ali/

Quid dicendum aſſumam ex quo luct⁹ tui modū o pudiciſſima virgo alicui proponere queam. Siq̄dem cum illum quem te virginem concepiſſe: virginem peperiſſe: et poſt partum virginem noueras ꝑmanſiſſe: necnon per quem te intelligebas ab omni generatione beataꝫ dici meruiſſe: videbas iniquorum ſeuicia tam crudeli nece perēptuꝫ: tam ſubito tuis aſpectib⁹ abſtractum et ſepulchri antro recluſum: q̄d ego? neſcio q̄d haberem: vbi vel vnde acciperem quod in conſiderationem tui ſtatus animi quem gerebas eo tꝑe cuilibet panderem: ſed acerbitas doloris ⁊ meroris in reſurrectione eiuſdem filij tui domini dei noſtri in leticiaꝫ eſt conuerſa: Et in quā qualem ve leticiam?

De gaudio reſurrectionis: Capitulum VI.

Atendamus fratres mei: Supra dum gaudij eius exultationem qua replebatur in cōuerſatiōe ſecum adhuc in carne mortali degentis: iſtius filij ſui cōſiderare niteremur: in ip̄o noſtri animi niſu defecimus: ⁊ eam vltra omnem humanum intellectum magnam ⁊ mirandaꝫ eſſe aduertim⁹. Si ergo tā magna fuit tūc cū ip̄m bene ſciret paulo poſt moriturum: que vel q̄ta putatis fuit tunc cum ipſum iam calcatis mortis legibus reſurrexiſſe: non ſolum in eternum victurum: ſed et celi et terre omniq̧ creature perenni iure dominaturum? Nolo: hāc immenſitatē gaudij eius penetrare quis laboret: q̄niam que ipſis angelis dei eſt admiranda ⁊ īpenetrabilis: non facile crediderim: ꝙ cuiuis homiī mortali poſſit eſſe penetrabilis. At ſi aliquis querit: quare euangeliſte non referant ipſum pijſſimum dominum a morte reſurgentem huic ſue dulciſſime dilectiſſimeq̧ matri vt eius dolores mitigaret: primo ac precipue apparuiſſe. Dicim⁹ q̄d a quodam ſapiente de hoc ipſo ſciſcitātes audiuim⁹ ſic: tanta eſt ſciſcitata auctoritas narrationis euā gelice: vt nihil in ea dependēs: nihil inane nihil ſuperfluum reperiatur: ita ꝙ ſi matri domini: ſi domine mundi ipſius filius ab inferno reſurgens: ſcriberetur ſicut alij cuilibet apparuiſſe: eāq̧ de ſua reſurrectione docuiſſe: quis non tale ſcriptum ſuperfluum duceret: reginam videlicet celi ⁊ terre omniſq̧ creature coequare illis quibus apparuit viro aut mulieri? Spiritus eius in illa plene et ꝑfecte quieſcebat: q̄ ſibi ⁊ eſſe illi⁹ ⁊ facta ei⁹ omnia luce clarius reuelabat: et euangeliſte ſcriberent tunc vel tunc illi talem ſemet exhibuiſſe. His itaq̧ paucis alicuius forſitan inquiſitioni prout accepimus reſponſis: adhuc aliquid gaudij huius beatiſſime virginis matris ſpeculando p̄ oculis conſtituamus: non ea ſpe vt modum illius nos in hac mortalitate viuētes: ꝑfecte intellecturos fore opinemur: ſed vt inde aliq̄ntulum deguſtando qua poſſumus illud deuotione veneremur: Sic eñi inſpectum ⁊ deguſtatum magnum in eius amorem anhelantibus ſolet generare profectum. Eia ſi gaudium pro filio ſuo ſecum in carne degente: ſi gaudium habuit eodeꝫ ſuo filio calcata morte ab inferis reſurgente: non minori gaudio exultauit ipſo ſuo filio ī ea carne quā de ſe aſſumptaꝫ nouerat corā oculis ſuis celos penetrare: quis hoc dixerit: immo quis hoc gaudiū ei⁹

omnib⁹que illud p̄cesserūt gaudijs
nō crediderit eminere? Bone mr̄es
solēt magnifice ī h̄ mūdo exhilara/
ri cū vidēt filios suos terrenis ho/
noribus sublimari: ⁊ ista mater ꝑ/
culdubio bona: non īeffabili gau/
dio letaretur: quando filium suum
vnigenituz omnes celos dominā/
di iure penetrare: ac in dei patris
omnipotentis vidit cōsessum ascē
dendo pertingere? Immo quid
huic gaudio vnq̄ȝ fuit sil'e? Quid
in medium prolatuz saltem per il/
lud aliquo modo possit mens hu/
mana ī istud aciem suaz dirigere?
Sed ⁊ hec gaudiorum suorū ma/
gnitudo nonnihil incrementi ac/
cepit: cum aduenïente super disci/
pulos spiritusancto: mox ad predi/
cationem illorū fidem filij sui tan/
ta hominum multitudo suscepit.
Nec mirum inde alicui videatur
ꝙ dico gaudium eius incrementuz
in credentium conuersione sum/
psisse. Ibi em̄ excepto gaudio qδ
de salute generis humani in istoꝝ
conuersione concipiebat: filiuz su/
um non gratis fuisse mortuum: cuz
tam efficaciter operari videbat fi/
dez amoris eius in eis qui amato/
res eius extiterant. Gaudinm itaq̄ȝ
ei erat in celo: ⁊ gaudium in terra:
gaudiuz insuper in omni creatura.
Gaudiū in celo: qꝛ fructus vētris
ei⁹benedict⁹: iam erat victor mor/
tis ⁊ orbis: ī celo regnabat: ⁊ cun/
cta celestis curie agmina inestima/
bili magnificentia letificabat. Gau
dium' in terra: quoniā eorum pro
quorum salute matrez dei se factā
sciebat: abiecto iugo diaboli a quo
captiui tenebantur: liberam in ip/
sam salutem currere conspiciebat.
In omni quoq̄ȝ creatura gaudium
habuit: eo ꝙ illum a pristina opp̄s/
sione erui: ⁊ ad illum ad quem fa/
cta fuerat statū redire vidit: Post
q̄ȝ enim homo deum contempsit: ⁊
eius mandatis tumidus contraire
non timuit: in nulla creatura quā
deus ad subsidiū eius instituit: iu/
sto iudicio aliquid iuris ampli/
us habere debuit. Cum igitur ⁊ in
contumacia sua contra deum om/
niū reruz dominū perstitit: ⁊ tamē
vsum rex in subsidiū suū retorq̄re
nō destitit: domino deo iniusticiā:
⁊ dei creature violentiam intulit
et oppressionem. At nunc cum iam
reconciliatus homo per mortem fi
lij huius beatissime matris redit in
gratiam dei: famulandi scilicet ei ꝑ
quo se institutaz esse cognouit: hec
sacratissima domina vidisti: intel/
lexisti: hec per te tali modo impleta
esse: magnifice es gauisa. Ista fra/
tres dicimus dulce habētes: ⁊ vos
dulce habere cupiētes: sepe volue/
re: in memoria amorem ⁊ gaudi/
um huius domine: quibus iugi ex
undantia in deū ⁊ deo iocundaba
tur tota illius substātia. Nihil em̄
vtilius post deūz memoria matris
eius: nihil salubrius meditatione
pij amoris q̄ feruebat in memoria
et contemplatione filij sui: nihil io/
cundius sapore pertractati gaudij
eius quo multipliciter pascebatur
in eodem ⁊ per eundem filium su/
um. Sepe quippe vidimus ⁊ audi
uimus plurimos hominum in suis
periculis recordari horum: ⁊ om/
nis periculi malum ilico euasisse.
Velociorq̄ȝ est nonnunq̄ȝ salus
memorato nomīe ei⁹: q̄ȝ inuocato
nomine domini iesu vnici filij sui:
Et id quidē nō ideo fit ꝙ ipsa ma/
ior et potentior eo sit: nec enim ip/
se magnus ⁊ potēs est per eā: sed il
la per ipsum. Quare ergo ꝓpitior
sal⁹ in recordatione eius q̄ȝ filij sui
sepe ꝑcipit? Dicaz quid sentio: Fi
lius ei⁹ domin⁹ est ⁊ iudex omniū:
discernens merita singulorum: dū
igit' ipse a q̄uis suo nomine inuo/
catus non statim exandit: profecto

id iuste facit. Inuocato autem nomine matris etsi merita inuocantis nō merentur vt exaudiatur: merita tamen matris intercedunt vt exaudiatur. Hoc deniq; vsus hūanus quotidie probat: cum quis proposito domīco nomīe efficaciter ab alio aliq̄d impetrat: qđ simpliciter sua prece nequaq; impetrare potest. Itaq; si tam vtilis aliquando in subueniendo memoria nomīs matris dei existit: non mirū si magne salutis afferat fructuz frequens meditatio amoris eiꝰ: si plenam iocunditatem dabit dulci studio cogitata ⁊ recogitata immēsitas gaudij eius.

De gaudio beate marie in filij ascensione: Capi. VII.

Quapropter adhuc in speculatione gaudij eius verba vertamus: ⁊ mētes nostras ipsiꝰ dulcedine aliquantisper enutriamꝰ: Perpendamus itaq; cuz tanti gaudij magnitudo impleuerit intima piissime domine huius ex his que iam paulum intuendo prout potuimus prelibauimus: vtrum ei super illa adhuc adijcere aliquid gaudij potuerit: id quod reuelāte spiritu sancto: remota omni ambiguitate: sciebat se decurso labentis vite spacio: in beatitudinem regni celestis ascensuraz: ⁊ filium suum omnipotēti deo patri in sua deitate coequalem sicut est: in indeficienti contemplatione visurā: seq; post euz omni creature celestiū: terrestrium ⁊ infernorū perenni iure dominaturam. At immensitatem gaudij huius quis considerabit: qui non in ipsa consideratione penitus ab ea opprimatur? Et si causa gaudij tanta est: gaudiū ipsum quale ⁊ q̄tum est? Sed o bone iesu istius tue dulcissime matris fili: quomodo potuisti pati vt te in regnū tue glorie remeante: illam quasi orbatam in miserijs mūdi relinq̄res: et nō eaz stati tecū regnaturā assumeres? Fortassis domine: ne tue celesti curie veniret in dubiuz: cui potiꝰ occurreret: tibi videlicet domino suo cum post regnum tuum in assumpta carne petenti: an ipsi domīe sue ipsum regnuz iam suū materno iure effectum ascendenti. Nam vt in partes suo occursu diuideretur: quatenꝰ pars tibi ⁊ ꝑs illi in primo aduentu obsequeretur: non deceret estimo: presertim cū tota sit tua totaq; ꝑ te eadē celestis curia sua. Prudentiori ergo et digniori ꝯsilio vsus: precedere illā volebas: quatenus ei locum immortalitatis in regno tuo preparares: ac sic comitatus tota curia tua festiniꝰ ei occurreres: eamq; sublimius sicut decebat tuam matrez: ad te ipsum exaltares. Equidem non est ab re credere ipsū his de causis matrem suam precessisse: cum ipse idem vnigenitus huius beatissime virginis ꝓmiserit suis discipulis: se si abiret eis locum in celesti sede preparaturum. Si ergo locꝰ ab eo preparabat̄ ad gloriam et honorem discipulorum: quomodo nō prepararetur ad honorem ⁊ gloriā matris sue domīe scilicet ⁊ regine angelorum? Erat preterea vt hic quidez videtur vtilis ⁊ necessaria fidei nostre conuersatio sua post ascensionem domini inter apostolos eius: quia licet ipsi per reuelationem spiritussancti edocti in omnē fuerint veritatem: incomparabiliter tamē eminentius ac manifestius ipsa per eum spiritū veritatis: illius veritatis ꝓfunditatem intelligebat: et per hoc mlta eis ꝑ hāc reuelabant̄: q̄ in se nō solum simplici scientia: sed ipso effectu: ipso experimento didicerat de mysterijs eiusdem domini nostri iesu christi. Nec dilatio sue assumptiōis quoquo modo iacturaz aliquam inferre poterat immensitati amoris et gaudij sui: quoniam ipse perfecto amoris ⁊ gaudij: ita illam reficiebat

plenitudine sui: vt hoc ipsum ei ad amoris et gaudij augmentum ma/gnopere fieret: q̃ se illic esse vide/bat vbi deum quē pre cunctis ama bat magis velle sciebat. Igit̃ vbi/cunq̃ erat: et ipsa in deo ⁊ deus in ipsa iocundabatur: qua iocundita/te ipsa felix: sed pre ceteris vbiq̃ fie ri cupiebat quod sapientie dei po/tissimum placere intelligebat. Hac inestimabili amoris et gaudij im/mensitate predita fuit hec virgo sanctissima q̃diu eam in mortali carne manere placeret sapientissi/mo filio suo.

De assumptiōe beatę dei genitricis marię: Capitulum VIII.

v Erum cum ipse in regnum suum eam assumere: ⁊ ei ma gnificentiam regni sue glo/rie decreuisset ostendere: cuius pre cor dignitatis ⁊ honoris appara/tibus intendebat tota curia ange/loꝝ: quibusve vocibus exultati/onis ⁊ salutis resonabant numero/sa tabernacula antiquorum patrū ipsi curie tunc associatorum? Cer/te crediderim omnes illius beate patrie ciues festiuiori solito ac sub limiori nitore decoris: ad aduen/tum matris domini sui preparari: ac noua quadam ⁊ ineffabili iocū/ditatis gratia pro tante rei expe/ctatione conuibilare. Et quid mi/rum? Ipse iesus deꝰ et dominꝰ om/nium filius eius benedictus: huius castissime virginis et domine re/rum: ipse ei sicut sue vnice matri totus festiuus occurrere volebat: et aliquis de familia sua se tāti gau dij immensitate subtraheret? Uti/q̃ inter homines moris scitur esse: vnumquemq̃ bonum seruum cu/iusvis prepotentis domini: eo ma/iori gaudio in amici domini sui ad uentu exultare: quo ipsum domi/num suum cognouerit aduentan/tem amicum magis amare. Cum vero de aduentu parentum domi/ni sui agitur: de quorum speciali dilectione nullus vlla dubitatio/ne tenetur: ille nimirum magis fe/licem se estimat: qui maiori iubi/lo et festiuiori occursu leticie frena relaxat. Si ergo hec ita se habent apud homines: quibus siqua bo/nitas inest: longe tamen superno/rum bonitati impar est: contemple tur animo qui potest quo gaudio: qua festiuitate: quibus concenti/bus iubilabant omnes beatorum spirituum ordines: quando ⁊ vni/cam domini sui matrem aduenta/re: ⁊ ipsum dominum suum ei vi/debant omni sua gloria decoratuꝫ velle occurrere. Stipatꝰ itaq̃ mil le milibus: immo innumerabilibꝰ angelorum agminibus: deus ipse huic pijssime matri sue de hoc mun do migranti occurrit: eamq̃ super omnes celos exaltatam cuncte se/cum creature perenni iure domina/turam in throno glorie colloca/uit. O dies tanti occursus gloriosa ⁊ felix: Dies tam preclare exultati/onis beata ⁊ celebris: Dies tam sublimis glorificationis festiua et omni seculo admirabilis: Dies em̄ illa non solum te domina ineffabi liter sublimauit: sed celum ipsum quod penetrasti: Necnon cuncta que in eo sunt noua ⁊ ineffabili glo ria decorauit: Noua quidem ce/lum gloria decorauit: quia prio/rem gloriam eius ex presentia tui vltra q̃ dici possit aut cogitari ma gnificauit. Nam cum tu domina il luc ascendis: noua illud ⁊ precel/lenti virtutum tuarum dignitate irradias: immensaq̃ miserationū tuarum ⁊ gratiarum luce perlu/stras. Eadem quoq̃ dies ascensus

tui eorum qui ciues eius ab initio
creature esse meruerũt: solito festi/
uiori exultationis gaudio induit:
quia per gloriosum fecunde virgi
nitatis tue fructum semirutam vi/
dent ciuitatem suam redintegra/
ri. Uere in tuo aduentu per quam
tantum bonum meruerunt gaudij
sui magnitudo iure debuit augmẽ/
tari. Terram etiam dies exaltatio/
nis tue o beatissima feminarum mi
ra gratia irrigauit: quia dum te
quam de se ꝛ in se aliorum homi/
num lege progenitam cognouit:
vsqꝫ ad creatoris omnium thro/
num exaltatam cognoscit: ac an/
tiquam maledictiõis penam quã
in peccato primorum suorum fi/
liorũ sese merito excepisse sciebat:
iaꝫ per tante benedictionis tue ab/
undantiam sese euadere indubi/
tanter credebat. Quid amplius di
cere possum domina? Immensita/
tem quippe gratie ꝛ glorie ꝛ felici/
tatis tue considerare cupienti: sen
sus deficit: lingua fatiscit. Quem/
admodum enim omnia que in celo
sunt: per glorificationem tuam in/
estimabiliter decorantur: ita per
eandem glorificationem: cuncta
que in terra subsistunt: ineffabili/
ter sublimantur. Singula nempe
in immense dignitatis decus pro/
fecerunt: cum per tuam beatam
et integerrimam virginitatem do/
minum deum suum quem non co/
gnouerant: agnoscere: et agnitum
colere ꝛ amare meruerunt. Quia
igitur super omnes celos in dex/
tera domini dei sui filij tui bene/
dicti exaltari digne cognouerunt:
eo etiam didicerunt se eidem deo
suo totum debere quod sunt: quã/
do ea que inter illa ꝛ de illis vna
tantam dignitatis eminentiaꝫ me/
ruisti. Nihil igitur aut idolis ho/
mines: aut vlle alie rerum species
intellexerũt idolorum cultoribus
se debere: vbi et singularem au/
ctorem sui ex tuo castissimo vtero
ad restitutionem prime creationis
sue progenitum susceperunt: et te
per quam amissam dignitatem su/
am recuperauere: omni creature tã
sublimiter preponi accepere.

Quantum profuit bea/ ta v̂go maria creaturę hu/ manę: Capitulum IX.

q Uas itaqꝫ laudes quasve
gratiarum actiones: non
solum humana natura sed
oĩs creatura huic sanctissime vir/
gini debet: Pura enim sanctitas:
ꝛ sanctissimima puritas pijssimi pe
ctoris eius: omnem omnis creatu/
re puritatem siue sanctitatem tran
scendens incomparabili sublimita
te hoc promeruit: vt reparatrix ꝑ/
diti orbis dignissime fieret. Un/
de quid laudis pro tam ineffabili
bono ipse per eam reparatus mun
dus ei iure debeat estimare: nulla/
tenus sufficit. Ne tamen aliquis
eorũ nimis insolens: autumet nos
magis more indiscrete laudantiuꝫ
ista dicere q̃ꝫ rem sicut est consi/
derare. Ne igitur videat̃ cuiq̃ꝫ q̃d
considerationi fidelium quocun/
qꝫ modo cõmemorando velle pre
figere: plenius ea que humane na
ture per eam bona prouenere: com
memorare iuuat: aut sic qualit̃ om
nes aliarum rerum forme per ip/
sam sunt reparate siue reformate:
nihilominus prout poterimus in
medium proferre delectat. Qđ ea
quidẽ re facere placet: vt pre ocu/
lis aliq̃tenꝰ deformatꝰ singularibꝰ
bñficijs eiꝰ nemo relinq̃tur: cuiꝰ cõ
sideratio imẽsitate ꝓmerite laudis

illius nõ obruatur. Nota igiť omni seculo loquar: ⁊ de q̃ ad quid ꝑue/cti sumus huius domĩe meritis:pro posse edicam. Itaq; natura mea ad similitudinem dei in principio cre/ata fuit: quatenus indesinenter ip/so deo frueretur: et eius gloria sine omni corruptione ⁊ mutabilitate ali quando potiretur. Hoc tam grande bonum natura statim in primis ho/minibus perdidit:et in huius mun/di miserias infelix et preceps ruit: de hinc in eternas miserias decurso vi/te labẽtis articulo mlto infelici⁹ rui/tura. Transierũt multa secula: ⁊ dã/nationis istius immanitas super om nes filios hominum semper est in de terius roborata. Nec enim dei sum/mi sapientia summa: vllam in massa creationis humane viaz inuenit: per quam vt disposuerat in mundum ve niens tam luctuose perditioni subue niret: donec ad istã de qua loquimur virginem ventũ esset. Sed hec mox vbi in mũdum per humane genera/tionis lineam venit: tanta omnis bo ni virtute ⁊ constantia ꝑfecte resplẽ duit: vt eam ipsa sapientia dei vere dignam iudicaret per quã in homĩe veniẽs: non mõ reatũ primoꝝ homi num: sed et totius mundi peccata de eret: ⁊ diabolum sui operis inimicũ cum suis eliderct: necnon dãna cele/stis patrie illuc hominem deducen/do redintegraret. Quis igitur ista ꝑ pendens estimare queat qua laude digna sit que tantorũ beneficiorũ so/la pre cũctis effici meruit mediatrix? Liberati ergo a lege mortis q̃ deti/nebamur: resurgimus in gloriã quã in primo parente perdidimus: immo in ampliorẽ q̃ vel ipse in se vl nos in ipso amisimus. Qui etenim adhuc etiam in carne mortali per fidem ad amissam gratiam seu patriam tendi/mus: in filiationẽ dei per benedictũ filium benedicte matris marie tran/simus; eundemq; filium eius nobis fratrem ipso auctore arcessimus. A morte enim resurgẽs nos fratres su/os appellauit: ⁊ q; ad patrem suum et patrem nostrum: deum suũ ⁊ de/um nostrũ foret ascensurus: familiari affectu nobis intimari precepit. Qz igitur tantum patrẽ ⁊ tantuz fratrẽ sortiti sum⁹: vtiq; beate marie ascri/bere debemus: cuius integerrima et benedicta fecũditate: in tantã digni tatem surreximus: quã quidez digni tatem nostram natura nequaq; ade/pta fuisset: si illius beate marie fecun da virginitas deum de sua substan/tia non genuisset. Cum igitur taz in/estimabili dignitatis honore etiam in huius mundi squaloribus degẽs: ꝑ pie matris dei marie merita hũa/na natura sit exaltata: qualis quali gloria decorabitur: cum hunc ipsum fratrem suum: eius omnipotenti pa/tri coequalem in sua maiestate regnã tẽ aspexerit: eiusq; regni coheres ex/istens: perpetua ⁊ incõmutabili glo/rificatiõe vultum ipsius presens cõ/stituerit? Aduertat inq̃ aduertat q̃ gloria vel quod gaudium vel que iu bilatio erit omnibus illis qui in re/gnum beatitudinis assumpti: deum dominũq; rerum omniũ in sue car/nis substantia sibi similem viderint: ⁊ cuncta que siue in celo siue in terra seu in inferno subsistunt ad: nutum illi⁹ pẽdere: eumq; fraterno affectu ĩmo vltra omnez fraterni amoris af fectum seipsos amare velle poterũt: sine mora: sine cõtradictiõe: sine de/fectu sibi eternaliter ministrare. Su/per hoc cũ ipsam dominam per quã tãta bona eis prouenere: pre oculis habuerint iuxta deũ quẽ de suo vte/ro virgo filium pepererit residentẽ ⁊ iure materno celo terreq; cum eo/dem suo filio presidentem: conside/remus qua exultatione exultabũt ꝓ tanta gloria eius: q̃ honore subleua/bunť in tanta potẽtia ei⁹. Q̃s itaq; creatura defert eis honorẽ ñ solũ qz

videbit nature ipsorū cōsortem esse suum creatorē: sed etiā quia dominā summā ⁊ vnicam dominatricē celi ⁊ terre mariā ex his cōspiciet esse factā reginā angelorū. His igit̄ ita cōsideratis: tu quicūq̄ ex humana stirpe ꝓgenitus es: quomō potes ⁊ quātum potes erige aciem mentis tue in eam: ⁊ q̄s potes laudes ꝑsolue: cōsiderās q̄s grates: q̄s laudes: q̄ obsequia ei ꝑpetuo debeas: ꝑ cuiꝰ beatā ⁊ integerrimam fecunditatē de tanto malo ad tantū bonum: vt breui ostendimꝰ cōpendio: sis ꝓuectus gnarus attende. Nulla te ab horum cōsideratione seculi delectatio moueat: nulla cuiuscuis amoris desidia a debita laudum exhibitione retardet.

Quātū ꝓfuit omni creature etiā ꝑter hūanā: Ca. X.

v Erum qm̄ aliquātisꝑ animaduertimꝰ q̄d boni ꝑ excellētiā beate matri dei marie merita adepti sumꝰ: paucis etiā vt ꝓposuimꝰ ꝑ posse q̄d aliaꝝ species rerū: per eadē eiusdē merita sint adepte aduertantꝰ. Scio quidē supiꝰ me quedā dixisse ⁊ cōmemorasse: sed ad tante dn̄e eminentiā cōmendandam pijs auribus nō videt̄ fore supfluum eandem ꝑsentare sententiā. Omnē itaq̄ creaturā tam celestem q̄ terrestrē ad sui creatoris laudem ⁊ gloriam institutam: nemo sane mētis ambigit: nemo sapiens silet. Quapropter si aliquid eius laudi aut glorie siue honori derogat in quo[?]ꝙ: bene intuētibus liquet ꝙ idēipsum cetera sue subintegritatem ei seruātia: quodam exinde confusionis verbere sauciat. Nec em̄ ad domini sui fidelitatē integre sese tenerent: si verecundiā domini sui et auctoris equanimit̄ ⁊ incōcussa trāquillitate sustinerent. Homo igit̄ q̄ a deo inter ceteras creaturas sblimis nature creatus est: dum deum per sue inobedientie reatū inhonorauit: omnia que sui iuris prius erant amisit: omniaq̄ que sui status integritatem seruauerūt: quadā cōfusione ipsa reatus sui inmanitate q̄ntum in ipso fuit vulnerauit: adiecta est eis sup hac cōfusione ⁊ alia confusio: quia huic quē a suo conditore ꝑ male vite merita exorbitare videbāt: per sue conditionis legē: ministerij sui obsequium nullo tēpore abnegare valebāt. Ingerebatur igit̄ operibus dei contumeliosa quedā oppressio: ⁊ fiebat de eis grauis ⁊ iīuriosa abusio. Ius siquidem nullum in his que dei sunt iuste debet habere: qui voluntati eiꝰ non veretur prauis actibus contraire. In eo itaq̄ quod lumine celi ⁊ siderū motu in suis vsibus homo reꝰ potiebatur: idem celum ⁊ sidera ip̄a magni honoris deterimēta patiebātur. Nempe illi seruiebant: propter quē se nequaq̄ instituta sciebāt. Ad obsequiū quippe siue seruitium iusti hominis: nō iniusti qui tunc erat: cōdita fuerunt. Hocipsum de aere: de terra ⁊ que profert: de mari ⁊ omnibus aquis: ac de his que continēt licet dicere ⁊ sentire. Omnes igit̄ rerum forme: informi quadam ⁊ contumeliosa obfuscatione tegebantur: eo ꝙ ipsi qui deum suum incessanter offenderat: ministrare ac subdi sine intermissione cogebantur. Durauit autē hec in rerum substantijs iniuria: quousq̄ venit in carnē illa de qua loquimur beata virgo maria. At vbi venit ipsa: in seq̄ filium dei incorporauit: ⁊ pristinam dignitatē in deo qui nascebatur humana natura recuperauit: nihil vltra confusionis aut iniuriarū alicui rerum speciei resedit: immo libertatem prime creationis sue confestim recipere meruit. Nam ipsa cui lege sue cōditiōis ius libertatis maximū erat obsequendi: videlicet illi quē ad dei imaginē conditum nouerat: cum ipsum in creatoris sui similitudinem quam peccando in se corruperat: per bona opera redire conspexit: non mirum si deinceps obsequendo dn̄atui eius: cōtumeliose iugum seruitutis excussit.

De eodem alio modo: Capitulum XI.

a Lio autem modo si placet cō
siderem⁹ qualiter om̄is cre
atura ad vtilitatē homīs sit
creata: ⁊ quemadmodum eadem vti
litas ob peccatū primi homis quo/
dammodo euanuerit: quo ve pacto
per beatam dei matrem virginem ma
riam: primā sue vtilitatis recupera/
uerit dignitatem. Certe homo ꝗ mē/
tis subsistens rationi: carnis fragili/
tate deprimitur: ad hoc conditus fu/
erat: vt contemplationis oculo for/
me iugiter intenderet creatoris: sed
quia ipse cōditor eius incircumscri/
ptus spūs est: ⁊ nemo vnquam car/
nis corruptibilitate pressus vllate/
nus in magnitudinis eius noticiam
vel admirande dignitatis illius spe/
culationē sicut est pertingere potest:
proposita illi aliarum rerum existen
tia est: quatenus earum considerati/
one: sublimitas eius que per se neqt
videri: ab ipso intellecta conspicere͛t:
Uerum vbi post primorum hominū
peccatum generationis humane pro/
pago in desideria cordis sui prola/
psa est: ⁊ per vitia sorduit: nō solum
creatoris contemplatio: sed ⁊ rerum
creatarum mirifice dispositionis sa/
lutifera meditatio: ab ea procul eua/
nuit. Uides ergo quali modo in la/
psu homīs ruit dignitas rerum. In
consideratione enim illarum homo
resurgere debuit in agnitionem dei:
⁊ sic quasi quidam ei grad⁹ fieri de/
buerūt ꝑtingendi ad creatorē ipsius
⁊ sui: ꝫ ⁊ hec etiā dignitas in eis ꝑijt:
qm̄ qui ea digne vtere͛t: nullus fuit
aut extitit: Nec vllaten⁹ receperūt ex
ꝗ ꝓmus hō corruit amissā eminentiā
tāti boni: donec ille agnus ꝗ peccatū
mūdi tolleret: in ꝑsona dei ⁊ homīs
ꝓdijt modo ꝑ beatā mariā. Uerum
in cognitionē dei homīe ꝑ hūc agnū
reuocato: oīs etiā alia creatura ī sta/
tu sue cōditionis ⁊ honore ꝓprij cō/
genitiqꝫ decoris est reuocata. Huius
igit͛ tanti boni effectū illi censemus
ꝑfecto imputandū: ꝑ cuius virgineū
vterū is venit in mundū: qui ⁊ hūa/
nā naturā in tantā sicut diximus di/
gnitatis excellentiā sua sapientia re/
uocauit: ⁊ omnē simul creaturā ꝓui/
legio amissi honoris mira dispensati/
one redonauit. Quid ꝗ huic beatissi/
me ac sacratissime virgini dñe nostre
oīs tam rōnalis q̄ʒ irrōnalis creatu/
ra iure debeat: qui valet: ex his ꝗ pau
cis ꝑstrinxim⁹ dilatato sensu adūtat:
Utiqꝫ cūcta ꝗ deus bona ⁊ vtilit͛ fe/
cit: in eo statu ꝗ condita fuerūt: sicut
diximus ⁊ ostendim⁹: esse destiterūt:
⁊ ꝑ hanc beatissimā virginē in statū
pristinum reuocata sunt ⁊ restituta.
Sicut ꝗ deus sua potentia parando
cūcta: pater est ⁊ de⁹ omniū: ita bea/
ta dei genitrix maria suis meritis cū/
cta reparando mater est ⁊ dña rerū.
Deus em̄ est dñs omniū: singula ī sua
natura ꝓpria iussione cōstituendo: ⁊
maria est dña rerū singula congenite
dignitati ꝑ illā quā meruit gratiā re/
stituēdo. Et quēadmodū de⁹ ex sua
substātia genuit eū ꝑ quē cūctis ori/
ginē dedit: ita beata virgo maria de
sua carne mūdissima peperit illū qui
decorē ꝓme creationis omniū: cūctis
restituit. Itē sicut nulla rerū species
nisi per dei filiū facta subsistit: ita lex
debite damnationis neminē deserit:
nisi quē ab ea filius beate marie vir/
ginis absoluit. Quis igit͛ ista recto
sensu ⁊ corde sincero ꝑpendens: ple/
ne ꝑcipere queat excellentiā hui⁹ vir/
ginis: ꝑ quā tam inestimabilia bona
habet rerū natura: ꝑ quā tam inesti/
mabili gratia: a tā ineffabili deiecti/
one erectus est mūdus? Quis inq̄ʒ tā
mirā ⁊ omī ꝑrsus rei ꝓter hāc inau/
ditā gratiā hui⁹ beatissime mulieris
oculo mētis aspiciēs nō obstupescat:
⁊ nō mō elinguis verū etiā ꝯa tāte rei
cōprehensiōe ꝑrsus imunis fiat?

Oratio eiusdē beati Anselmi ad beatissimā virginem mariā: Capi. XII.

Q Uapropter ea q̄ nobis sũt ĩpe
netrabilia intermittẽtes: p̄ci/
bus ĩpetrare nitamur: vt qḋ
intellectu cape neq̄mus: salutari saltē
affectu obtinere mereamur. Rogam⁹
ergo te dña ꝑ ipsā gratiā qua te pius
⁊ omĩpotēs deus sic exaltauit: ⁊ oīa
tibi secū possibilia esse donauit: qua/
tenus id apud ipsuꝫ nobis impetres
⁊ obtineas: vt plenitudo gratie quā
meruisti: in nobis sic opeꝛ̄: quo ꝑtici/
piū beati p̄mij eius nobis misericor/
diter q̄nqꜫ cōdoneꝛ̄. Ad hoc quippe
deus noster ꝑ te factus est frater no/
ster: vt queādmodū ip̄e dignatus est
cōsors fieri nostre hūanitatis: sic nos
mereamur cōsortes fieri sue diuinita/
tis. Intēde ḡ dña pijssima vt nobis
ad effectū ꝓueniat: ꝓpter qḋ de⁹ nr̄
ex tuo castissimo vtero factus homo
inter homīes venit. Nec sis q̄sumus
exoratu difficilis: q꞉ ꝓculdubio ideꝫ
benignissimus filius tuus dñs noster
iesus christ⁹ erit ad cōcedendū quic/
quid voles ꝓmptissim⁹ ⁊ exaudibi/
lis: Tātūmō itaqꜫ velis salutē nr̄aꝫ:
⁊ vere nequaqꜫ salui esse non poteri/
mus. Quid igiꝛ̄ stringet larga mise/
ricordie tue viscera dña contra nos:
vt nolis saluari nos? Certe deus no/
ster (teste ꝓpħa) misericordia nr̄a est
⁊ tu eiusdē dñi nostri absqꜫ dubio x̄ꝑa
mater es. Si tu ḡ que dei mater es: et
eo reuera miscḋie mater ⁊ gratie: de/
negas nobis effectū miscḋie: cui⁹ tā
mirabiliter facta es mater: q̇d facie/
mus cū idem filius tuus aduenerit:
cūctos equo iudicatur⁹ iudicio? Si
quidē licꝫ ip̄e fili⁹ tuus sit ꝑ te factus
fraꝛ̄ noster: vbi volūtatē tuā sue vi/
delicet dilectissime mr̄is magis por/
rectā aduerterit: illuc seruata equita
tis rōne: a qua te nullaten⁹ discrepa/
re videbit: iudicij sui sentētiā: siue ad
misericordiā inflectēdo seu ad iusti/
ciā intendendo ꝓmulgabit. Subue/
ni ergo nobis dña pijssima: ⁊ nō cōsi
derata peccatoꝝ nr̄oꝝ multitudine:
velle tuū ad miserendū nobis infle/
cte: Cogita queso ⁊ recogita apud te:
q꞉ non ad damnandū sed ad saluan/
dū peccatores: cōditor noster ex te fa
ctus est hō. Cur itaqꜫ nō iuuabis nos
peccatores: q̄ꝰ propter nos in tantā
celsitudinem es leuata: vt te dominā
habeat ⁊ venereꝛ̄ oīs pariter creatu/
ra? An ideo vtrū ꝑeamus: ampli⁹ nō
curabis: q꞉ quicquid de nobis mise/
ris vltra eueniat: glie tue iactura nul/
la inde ꝓueniet? Et hoc quidē bona
domina fortassis aliquo mō dici pos/
set: si ꝓ tui soli⁹ exaltatiōe ⁊ vtilita/
te mater dei facta fuisses: ſ; vtiqꜫ de⁹
qui hominē assumpsit ex tua castissi/
ma carne: hoc fecit pro tua ⁊ nr̄i om/
niū salute. Si ergo tu q̄ plena salute
es potita: non intendis vt eadē salus
ꝓ modulo nostro etiam ad nos vsqꜫ
ꝑtingat: iam tuorū sufficiens cōmo/
dorū nostroꝝ negligens esse videbe/
ris: ⁊ que ꝓ totius mūdi saluatione
meruisti fieri mater altissimi: cū nos
postposueris quos obuoluit finis se/
culi: quid queso proderit nobis tua
gloriosa ⁊ felix exaltatio: ⁊ quid inde
habemus dulcis ⁊ affectuosa exulta/
tio? At ḡ filiū tuū totius mundi sal/
uatorem: ⁊ te eius recōciliatricē esse
veraciter sentiam⁹: eo nos ꝓpensiori
studio iuua p̄camur ⁊ foue: quo in fe/
cibus mundi natos ⁊ alitos: potioꝛ̄
leuamīe ꝓspicis indigere. Ab initio
deniqꜫ renouatiōis humane: omnib⁹
sub tuū p̄sidiū cōfugiētibus hucusqꜫ
succurristi: ⁊ idcirco p̄ omī creatura:
omī laude dignissima dici ⁊ esse me/
ruisti. Eia succurre oramus vt laus
quā ꝑ tot secula digne possedisti: cō/
tinua tibi duret ī gratia ip̄a qua mū/
do perdito subuenisti. Tibi ergo nos
cōmendam⁹: tu ꝓcura ne pereamus:
effice poti⁹ vt salus nr̄a de die in diē
multipliceꝛ̄: ⁊ filio tuo dño nr̄o iesu
christo vita nr̄a iugi deuotiōe famu/
leꝛ̄: Qui cū deo patre ⁊ spūsancto vi
uit ꝑ oīa secula seculorū: Amen.

Beati Anselmi liber de
excellentia virginis Marie
explicit.

Beati Anselmi liber Epi/stolarũ incipit.

Beati Anselmi: ad Heli/nandũ auunculũ suum: eũ/dem ad statũ pfectioris vitȩ exhortantis: Epistola. I.

A Eru⁹ ser/
s uorum dei ĩ beccensi
monasterio cõmanẽ/
tiũ: frater Anselmus:
fratri dilecto: filio de/
siderato: helinãdo bene incepta feli/
citer pficere. Benedictus deus a quo
Jacob. I. omne datũ optimũ: ⁊ omne donũ pfe
ctum descẽdit: qui auertit oculos tu/
os ne videant vanitatẽ: ⁊ erexit ani/
mã tuam ad sequẽdam veritatẽ. Re/
stat igit̃ mi desiderate vt sedula solli/
citudine ptractes: q² nemo mittens
Luce. 9. manũ ad aratrum ⁊ respiciens retro:
aptus est regno celoꝝ. Antiquus eñ
hostis tanto enixius nõ cessabit mul/
timodis te calliditatib⁹ ĩuadere: quã/
to te videt studiosi⁹ laqueos ei⁹ velle
euadere. Sepe nãq₃ reducet ante mẽ
tis oculos q̃₃ delectabilia sint ea ĩ q̃/
bus solitus es cõuersari: vt cõtinuo
subinferat q̃₃ difficile sit assueta vo/
luptate carere: quia sit impossibile in
quodã austero rigore ⁊ rigida auste/
ritate tota etate pseuerare: q̃tenus ex
memoria assuete delectatiõis pl⁹ hor/
reat anim⁹ sobrietatẽ vite sublimio/
ris. Aliqñ sb specie discretiõis finget
se salubrius tibi q̃₃ pposueris cõsule/
re: vt sc₃ prauitatẽ deserẽs: in clerica/
li pposito religiose viuendo velis p/
sistere: vt p vite correctionẽ animam
tuã possis saluare: nec p indiscretiõ₃
subeas onus qd̃ non possis portare.
B Qđ si te ab intentiõe pfectioris vite
nullaten⁹ auerti posse cognouerit: q̃si
tecũ ire approbando ppositũ se simu
labit: sed iuxta iter laqueos ponere
multimodos nõ cessabit. Alij quidẽ
hinc oblata oportunitate peccãdi: il/
linc stimulante temptatione: suasionẽ
callidus addet huiusmodi: Tam bo/
nũ est qđ decreuisti facere: vt quãli/
bet ĩmensitatem peccatorũ possit de/
struere: interim ergo satisfacere volũ/
tati tue cur hesitas: cum cito siue mul
ta siue pauca peccata sint: pariter de/
lenda nõ dubites. Aliquãdo xo ta/
liter conabit̃ decipere: Bonũ quidẽ
est qđ vis facere: sed nõ oportune fit
nisi cũ tepescente lasciuia iuuenili: q̃
pondus illi⁹ regularis censure nõ to/
lerat: ipsa maturitas etatis religiose
grauitati se cõtemperat: Q² si vide/
rit te ita imbecillem vt impediri tua
possit intentio si manifestet̃: oĩno co
nabit̃ vt his a quibus retineri aut vi
aut amore aut aliqua psuasione pos/
sis: q̃libet occasione publicet̃. Pro/
mittet etiã: quia si bonũ qđ intendis
aliquãtum differre volueris: multo
fructuosi⁹ atq₃ vtili⁹ facere h̃ poteris
⁊ plurimorũ salute q̃s tecũ attrahes:
⁊ cõmodo pecunie monasterio pfutu
re quã vndiq₃ colliges: q̃d est q̃ te le/
uitate ⁊ incõsiderata acceleratiõe tẽ/
ptabit arguere: quia te non solum p/
mittendo: sed ⁊ pignus ponendo in/
dissolubili voto voluisti cõstringere:
cum nihilomin⁹ ⁊ fortassis meli⁹ ad
ipsum libera posses volũtate pficere.
Ad hec oĩa charissime quid respon/ C
dendũ sit: vellem aliquãto diffusius
scribere: nisi lex epistole cogeret me
breuitatẽ non excedere. Breue igit̃
⁊ verũ amici tui suscipe cõtra ista cõ
silum: Qui putat voluptate seculi ca
rere: ⁊ in exercitio pseuerare virtutũ
nimis austerum ⁊ impossibile: nunq̃₃
gustabit quãtũ sit non seruire: sed im
perare vitijs p amorẽ ⁊ spem celestis
regni laudandũ ⁊ delectabile. Qui
putat melius sibi esse in habitu cleri/
cali religiose viuere: q̃₃ subire mona/
chice vite pondus importabile: con/
sideret p totũ mundũ quãta hilarita
te vtriq₃ sexui: omni etati: omni gene/
ri hominũ sit pondus illud cantabi/
le. Sciat etiã: q² valde difficilius est
intra seculares p liberam voluntatẽ:
q̃₃ intra claustrũ monachorũ sb disci/

plina custodire vite sanctitatē. Nō di
co nūc ꝙ ꝓpositū monachice vite inť
oēs vitas altiorē gradū ꝯtingat hu/
militatis quē altior sequiť exaltatio:
nisi qꝛ nullꝰ vt meliꝰ viuat monachi
ꝓpositū deserit: ⁊ omē genꝰ hominū
ad monachicā vitam vt magis deo
ꝓpinquet cōcurrit. Qui peccatꝭ ad/
dit peccata: qꝛ peccatoꝝ omniū expe
ctat remissionē: amādo peccatū pro/
bat se nō amare: ⁊ ideo nō mereri pec
catorum absolutionē. Qui differt in
futurā ⁊ forsitan nō futurā etatē: suā
vitā corrigere: certū bonū dimittit:
ꝑculdubio ⁊ cōtemnēdo qđ perdit:
ꝓbat se nō amare qđ expectat: ⁊ me/
D reť nō accipere. Qui certus nō est se
tante esse cōstantie: vt nullo mō pos/
sit flecti a bono proposito: oīno celet
bonā volūtatē: vt nō nisi cū in opus
exit: appareat in publico. Qui bonū
qđ vult facere vt melius fiat differt:
bonū est si melius certū est: Qꝛ si me/
lius bonū dubiū est: ⁊ ꝑdere minus
bonū: minus est damnosum ⁊ irrecu/
perabile: cōsiliū est vt acceleret face/
re bonū minus: ne minus expectādo
maius: nō faciat maius nec minus.
Qui iudicat leuitatem voto velle se
ligare ad faciendū qđ bonū est: vt iā
nō sit liber ad nō faciēdū: iudicet do/
Ps. 75. ctorē leuitatis illū qui dicit: Vouete
⁊ reddite. Nullatenus enim rephen/
dendꝰ ē: qui qđ bonū est vouit: ſ qui
non reddit qđ vouit. Certū q̄ppe est
qꝛ qui bn̄ vouet: ipso voto deo pla/
cet. Qui ḡ aliq̄d boni vouit non pe/
niteat: qꝛ fecit vnde deo placeat: sed
festinet reddere quod vouit: vt plus
placeat. Hec fili charissime consilia:
has cōsolationes in p̄senti maxie tibi
necessarias iudicaui: hec paterna sol/
licitudine ego quē patrē ⁊ cōsiliariū
nō mea voluntate: sed tua voluntate
elegisti: dictaui. Hec interim reminisci
nō desinas: donec qđ deo inspirante
vouisti: ipso adiuuante ꝑficias. Vale
desiderate cordi meo: ⁊ festina satisfa
cere de te desiderio meo: qđ vtinā fa/
cere placeat omnipotēti deo.

Beati Anselmi: ad hugo/
nem inclusum: postulationi
eius vnde secularium homi/
nū mentes ad cōtemptū se/
culi ⁊ eterni regni desideriū
incitare possit: satisfaciētis:
Epistola. II.

Omino et amico charissimo A
D Hugoni incluso: Frať Ansel/
mus dictus abbas becci: a ma
lis excludi: in bonis includi. Duo vi/
ri laici nuꝑ ad me venerūt: dicētes se
a vestra dilectiōe missos: quatenꝰ ex
nostra exhortatione aliquid assume/
rent: vnde se ad patrie celestis amorē
accenderent. Per quos etiā vt refe/
rebāt postulastis vt aliquid a me bre/
uiter scriptū acciperetꝭ: vnde secula/
riū hominū mētes vos adeuntiū: ad
huiꝰ seculi contemptū: ⁊ eterni regni
desideriū incitaretis. Qđ tanto me/
lius ꝑ vos efficere potestis: quāto li/
berius hauritis vite dulcedinē cele/
stis: Nam qđ ego quasi a lōge intue/
or: vos gustu sentitis: ⁊ ego qđ mēte
ieiuna ore rumino: vos cordis affe/
ctu glutitis. Qđ enī ego de sancte vi/
te rectitudine vtcūq intelligo: vos
operibus tractatis: ⁊ qđ ego vtcūq
loqui possum: vos faciēdo gustatis.
Quāto ergo satur suauius q̄ ieiunꝰ
eructat: tāto dulcius vestra cōmoni/
tio qđ ꝑsuadere nitiť inculcat. Sed
quoniā vestre aliq̄d negare nequeo
volūtati: Quis hoc qđ a me petitis: ī
latitudine sancte scripture multo me/
lius inueniatis: tamē dicā aliq̄d ſm
petitionē vestrā: ne me velut eius cō
temptorē arguatis. Sic itaq aliquē
illitteratū ⁊ q̄ altiora nō possit capē:
ad beatitudinis eterne desideriū exi/
stimo posse incitari: Frať charissime:
regnum celoꝝ clamat deus se habere
venale. Qđ quidē regnū celoꝝ tale B
est: vt eius beatitudinē ⁊ gloriā: nec
oculus homīs mortalis possit vide/ 1. Cor. 2.
re: nec auris audire: nec cor cogitare:
Ut tamen aliquo mō illud possis co/

gitare: quisq̄s ibi regnare meruerit:
quicq̄d ipse volet: hoc erit in celo ⁊ ī
terra: quicq̄d ꝟo nolet nō erit in ce/
